



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Linda Mariana, Sive De B. Virgine Lindensi

Clagius, Thomas

Coloniae Vbiorvm, 1659

Liber II. De Lindae Marianae Excidio, & rebus ad Annum Domini circiter
MDCXVII. gestis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11544

LIBER II.

*De Linda Mariana Excidio, & rebus ad An-
num Domini, circiter M. DC. XVII.
gestis.*

CAPUT I.

*Sacellum & Linda Mariana, ante sui Excidium mirā Angelorum Tri-
ceffione illustrata.*

Quo pacto Linda Mariana sit nata, quo
item adoleverit & floruerit; quā saluaria
fuerit mortalibus subsidio; quanto denique
studio ab omnibus longē late quē cul-
ta atque ornata; quoad per interjectam
antiquitatis caliginem licuit, hactenus spectavimus.
jam, quo pacto denata, & per Sectariorum furorem
excisa fuerit, deinceps spectabimus. Nimirum, ut in
vastis fluviorum, ne dicam Oceani, eluvionibus,
non modò flores & germina, & luxuriantes per atria
segetes, verum & arbores ipsæ, & amplissimæ firmis-
simæque sedes, & integra quoque oppida atque ur-
bes subruuntur; ita per sædam & inauditam hære-
leon in Prussia eluvionem, inter alias plurimas, DEI
DEIPARÆ cælitum quæ Ædes, Linda quoque Ma-
riana, unā cum sacello everfa atque excisa fuit. Prius
quā ad spectandum ita triste lacerrimique excidi-
um loci accedamus, lubet, imò & juvat, oculos a-
stante adhuc & vigente sacello, non ita repente
avertere, & augustam Lindæ Marianæ faciem, vel
obi-

obiter, non nihil intueri. Quidni enim augusta videatur loci Ædisque ipsius facies, quàm Angeli, vel alii cælestes spiritus, augusti utique tanti Regis Palatini, præsentia luâ, quin & festivâ, quam egere pompâ, angustiore reddidère. Quo tempore id acciderit, incertum est; certum tamen stante adhuc & vigente Lindâ atque sacello evenisse. Quo verò modo evenit, Ciaritius hunc in modum percenset (a) *Fecerat eadem hominis, in tumultuaria pugna Eques Prutenus, & fuga præsidium ad tuendam salutem arripuerat, Timor impendentis supplicii, varia eum loca adire, & latibula querere, compellebat. Evenit fortè, ut noctem quandam, in silva, qua Ædem hanc in corona modum ferè circumcingit, trahere constitueret, sed somnum & conscientia facinoris, & solitudo ipsa ab oculis arcebat. Pervigilans igitur, cernit è sacelli area progredientem turbam, haud modicam, candidissimo velatam amictu, faculas manibus præferentem; locumq; sacrum decentissimo ordine circum-eundo lustrantem: & suavissimum quoddam melos personantem audit. Istud cum vernâ vice factum fuisset; idem sacer ceruus, eò se, unde exierat, rursum retulit, & confestim disparens, mirantis oculos destituit. Ille divino visu attonitus, in aliumque virum mutatus, scelus dignè expiavit. Creditum est, Angelos humanâ specie fuisse, qui locum hunc venerati, laudes DEO concinuerint; & homicidâ, ad meliorem vitæ frugem reducto, leti discesserint. Si fortè spectaculum hoc, paulò antè quàm Linda excinderetur Mariana, evenit, vix profectò aliud portendit, quàm quod olim sub excidium Urbis Jerosolymæ, haud dissimile cælitum, ut plerique existimant, agmen portende-*

(a) pag. B. 6.

tenderat; quodque carmine illo, *Migremus hinc*, indicatum fuit. Si verò florente et jamnum ac vigente Lindâ Marianâ accidit, nihil mirum videri debet, cantu & choris cælitum honoratam fuisse apud suam Lindam DEI Genitricem; quæ omnibus Angelorum cælitumque choris, ingentem ubique laudum & præconiorum causam affert; nisi forte quispiam minus jam credat, quod semper universa credidit Ecclesia, et jam Græca; quæ quidem in Menæis 22. Januarii (a) non sine gaudio & exultatione profiteatur. *Semper & ubique inculpatissimam Numinis Matrem, ingentem cantandi materiam, Apostolis, Martyribus, Prophetis, & omnibus demum Cælitibus esse datam.* Unde, & 2. Januarii ad omnium Cælitum choros in laudem Deiparæ effusos, hunc se in modum eadem adjungit Ecclesia. *Te propriè Deiparam confitemur, per Te, ó Virgo casta servati: Teque magnificamus incorporearum mentium choris adiuncti.* (b)

CAPUT II.

Linda Mariana excidium ab hæresi, & Theutonici Ordinis quibusdam membris fœdissime in hæresin prolapsis.

Theutonicus Marianorum militum Ordo, quorundam disciplinæ religiosæ, quibus se incluserat, cancellis non perfregit. Orbem Christianum, suarum factarum virtutum implevit; Prussiam verò insuper quin-

(a) *παντάμωμε μητρόθεε, τὸ μέγα περιήσκημα τῶν ἀποστόλων, μαρτύρων, κηπροφητῶν, κη ὁσίων πάντων*
 (b) *κυρίως θεοτόχον σε ὁμολογῶμεν, οἱ διὰ σὴ σπασσάντων νοι παρθένε ἀγνή, σὺν αἰσωμάτοις χορείαις σε μεγαλοπύμην*

ΜΕΝ.

Livoniam universam, tot tantisque urbibus, & urbium, oppidorum, pagorumque Templis, usque ad elegantiam ac prope ad miraculum ubique adornavit.

Neque enim vulgarem omnino fuisse Ordinis illius disciplinam, quæ & tanta per Prussiam fidei Christianæ poluit fundamenta; & tot ac tanta fortissimorum, milicum dicam an potius Martyrum, crudelissimè à barbaris, per ignem ad Idola ustulatorum, initio etiam in Prussia produxit exempla. At ubi in eadem Prussia laxatis disciplinæ ejusdem frænibus, in avaritiam, libidines, Tyrannidem, aliaque vitia diffluere Ordinis illius homines sensim cæpère, tandem & in hæreleos barathrum (quò, tanquam in sentinam quandam, omnium denique vitiorum sordes plerumque exonerantur) præceps abiit. Tametsi enim & Gedani, & Torunii, & Elbingæ, quin & Brunsbergæ, non minimi ejus pestis fontes aut leaturigines aperire se initio cæpissent; nusquam tamen, quàm Regiomonto (quod post amissum tredecennali bello Mariæburgum, Theutonicorum Magistrorum sedes ac provinciæ caput erat) uberior mali vena profudit. Simul enim ac postremus Ordinis in Prussia Magister, Albertus Marchio Brandenburgicus, Principum Imperii suffragis in Germania lectus, & Anno Domini M.DXII. ad x. Cal. Decemb. à Theutonicis in Prussia receptus ac salutaris: inflatus magnis quorundam pollicitationibus ac spebus, Regni Poloniæ, Regisque Sigismundi I. avunculi sui jugum excutere, & civilia arma Anno M.DC.XIX. promovere cæpit. Prius tamen, quàm arma illa lumeret, in Germaniam

ad Be-

ad Berolinensia, uti postmodum ad Norimbergensia Comitia se recepit; ut scilicet fidem, quam Principes Imperii obstrinxerant, & quas promiserant, suppetias exigeret. Cùm eo in itinere esset, in illam Germaniæ, totiusque Europæ Furiam, Lutherum, alicubi impegit: à quo pestilens illud venenum, quo magna pars Germaniæ infecta jam erat, ita toto haurit pectore; ut primùm suis in Prussia fraterculis, videlicet, qui per libidinem aliaque vitia dudum subnervati erant, postmodum verò Provinciæ universæ, per eodem venenum illud propinârit. Creditur è Ciræo poculo bibisse omnes; ita subito, & Fratres Theutonici, & reliqui propè omnes in Ducatu positi, formas, quas habuerant, exuunt, ut deteriores (quia ad Lutheri modulum atque Ideam, quam in libro ad Fratres Theutonici Ordinis scripto expresserant, ex amussim factas) plerique induerint. Vidit ses novi illius Vlyssis milites atque socios, in montibus versos, ut Poëta canit: (a)

*Setigeros quæ sues, atque in præsepibus ursos
Savire, ac formas magnorum ululare luporum:
Quos hominum ex facie, Dea sava potentibus heri
Induerat Ciræe in vultus ac terga ferarum.*

Ergo locum etiam hîc invenit tum illa Philo-
phi sententia, Vinum scilicet, quò generosius est, si
rumpi cæperit, in pessimum usq; acerum degenerare: tum
etiam verissima ac certissima S. Augustini experientia; qui assererat, nullos se meliores expertum, quam
qui in Monasteriis profecerunt; neque ullos è diver-
so pejores, quam qui in Monasteriis ceciderunt. Se-
vita C
practi-
sum a

(a) Virgil. 6. Æneid.

præstat ipsum S. Augustinum, ad ipsius conscientiam quasi Aram gravissimè differentem audire. *Simpliciter autem fateor caritati vestrae* (sic enim ille epistolâ 117. ad Clerum & populum Hipponensem datâ scribit) *coram Domino DEO nostro, qui testis est super animam meam; ex quo DEO servire capi, quomodo difficile sum expertus meliores, quàm qui in Monasteriis profecerunt; ita non sum expertus peiores, quàm qui in Monasteriis ceciderunt; ita ut hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum, JUSTUS JUSTIOR FIAT, ET SORDIDUS SORDESCAT ADHUC.* Experientia id paruit in Prussia univèrsa, sub initium hæreseos Lutheranae; quæ quidem homines seculo huic obstrictos fecit, hæreticos; at verò eos qui ex Ecclesiastico Ordine ad eam delapsi sunt, Dæmonibus reddidit deteriores. Vulgo enim sub id tempus, ut Joannes Leo lib. 7. pag. 716. ex Simone Grunau, teste aurito, refert, dicebatur, *Seculares esse boves Lutheranos; sed sacerdotes, & profugos Monachos omnibus Dæmonibus esse deteriores.* Unde non paucum Augustino cap. 29. soliloq. ingemiscendo agebant. *Vidimus multos Domine, & audivimus à Patribus nostris (quod ubique sine magno tremore non recolo, sine multo timore non confiteor) ascendisse primitus quosdam usque ad calos, & inter sidera nidum suum collocasse; postmodum autem cecidisse usque ad abyssos, & animas eorum in malis obstupuisse: vidimus stellas de calo cecidisse, & eos, qui inter filios DEI ambulabant, in medio lapidum ignitorum, quasi lutum ad nihilum defluxisse.* Sicut igitur Theutonici milites, quæ armis, quæ etjam præclaris vitæ Christianæ exemplis, Prussiam initio ad Christum adduxerant; ita postmodum suo quoque exem-

L

plo,

plo, magnam Prussiae partem, à Christo ad Lutherum
 & affines Luthero hæreticis averterunt. Vel ab
 uno alterove exemplo discas, quantum in propagan-
 da Christi religione illi virtute sua perfecerint. Inter
 Prutenos, Sudavi, sive Sudini, & in cultu idolorum
 præ omnibus pertinaces, & in usu exercitatio, neque
 bellorum strenui, ad Ordinis Theutonici imperium
 & Christi jugum, omnium postremi sunt adducti.
 Plurimum eam ad rem valuit Ludouici à Libbenze
 strenui inter Theutonicos militis, tum doctrina, tum
 cæteris præstabat; tum pietas & religio, quæ in ip-
 sum quoque paganorum oculos facillè incurrit. Sa-
 lum Annum Domini M. CCLXXX. uti ex Nicolao Jer-
 schinio memorat Hennebergerus (a) cum quad-
 gesimo Provinciae in Prussia Magistro, Mangoldo
 Sternberg, Sudinos aggressus, & fortissimè dimica-
 do captus, Scomando Sudinorum Duci traditus
 cui ob virtutem raræ doctrinæ conjunctam, et
 venerationi fuit; ut non modò captivum mensæ
 liberet suæ; verum etiam, cum ille Nobilem que-
 dam militem, non minus potu, quàm profusâ
 temulentum, atque inde tum in se Ordinemq; sus-
 tum fortasse etiam in Christianos omnes contra
 illis impotentius debacchantem, super mensam
 truncasset, Scomandus hominem contra suorum vi-
 defenderit, & ad suos liberum abire siverit. Non lo-
 gò post intervallo, sive Ludouici monitis atque
 emplis, sive etiam conscientia vi, exagitatus Scoman-
 dus, qui nusquam animo requiem invenisset, cum
 omnibus suis Christo, & Christianis se adjunxit.

(a) pag. 44.

rum Ludouicus proximo cum Sudinis prælio, fortis-
 sime dimicans, à barbaris circumventus, ac prope
 obrutus, intra nives sepultus hæsit: repertus tamen,
 cum vitæ indicia quædam superessent, equo trans-
 versim pendulus impositus, ad acceleratum equi
 cursum, qui intra præcordia jam subsederat, atque
 concreverat, sanguinem expuit; sibi que redditus al-
 teri Sudinorum Duci Cartigendo traditur; tantum-
 que iterum doctrinâ, vel potius virtute ac religione
 suâ ubique inter barbaros promovit, ut plurimos Su-
 dinorum ad Christum adjunxerit; & ipse insuper, unâ
 cum omnibus ad Christum conversis, liber iterum
 abire permissus sit. Eo in itinere cum esset, Fratri
 Conrado à Tirenberg Provinciæ præfecto, ad reli-
 quos Sudinorum expugnandos cum exercitu ten-
 denti, Ludouicus cum M. D. C. quâ viris, quâ mulieri-
 bus Christo adjunctis, præter omnem spem atque
 expectationem occurrit; & omnes, ejusdem præfecti
 Provinciæ jussu, in Sambiam usque deductos, eo lo-
 co, qui nunc quoque Sudinorum vicus appellatur,
 collocavit. Samii sive Sambientes eo tempore Chri-
 stiani jam erant, sed ut essent, non tam Arma, quam
 virtus & religio Theutonicorum quoque valuerunt.
 Balga fortissimum quondam propugnaculum, à Wi-
 devuto primo Rege Prutenorum, uti Henneberge-
 rus ex Simone Grunau (a) refert, sub Annum Christi
 DCCCXXIII. extractum, primis que toti Prussiæ legibus
 ibidem latis nobilitatum, à Theutonicis sub Annum
 M. CCCCXIX. occupatum, atque illustratius Ordi-
 nis illius canobio instructum ornatum que fuit. In-

L 2

:sereæ

(a) pag. 24. & 413.

terea non multò pòst, Legati à Sambiensibus missi
 Balgam veniunt, & à Theutonicis supra omnem
 spem suam, perhumaniter accepti, pleraque tum locum
 tum ipsius Ordinis arcana spectare permitti sunt. Illi
 igitur ad suos reversi, inter cætera retulerunt. Milites
 Theutonicos, qui ita in prælio leonum, aut fulvorum
 more dimicarent, nihil aliud, quàm quod ipsi quæ
 que essent, homines esse; carne & ossibus, perinde
 ipsi, constare; neque melioribus, quàm ipsi, armis
 nihilominus, quod ipsi non facerent, frequenter
 non interdum duntaxat, verùm & noctu Templum
 adire, & Deum suum supplices invocare. Ad hæc
 quod ipsis quoque factu nefas esset (quia videtur
 lactucis aliisque oleribus victitantes, aut, pro Eccle-
 sia Catholicæ ordinis que more, jejniis intentos
 gramine; perinde ac equos, vesci ac vivere posse; pro
 inde vel in silvis victu suo vitæ que necessaria ab
 de reperire: nusquam se quocirca iis aut pugnantibus
 aut etiam resistendo pares esse posse. Quis ambigit
 Sambiensis, hisce abstinentiæ cæterarum que virtutum
 rum exemplis magis, quàm deinceps Odoacri Brevi-
 miæ Regis aliorum que Germaniæ Principum ad
 fuisse ad Christum aggregatos?

Ob ista, plurima que alia, quæ in illo Theutonico
 rum Ordine per Prussiam exempla virtutum laudantur
 runt, poteramus, uti S. Augustinus loco citato fecerunt
 adeoque optabamus subjungere. Quapropter etiam
 contris amur de aliquibus purgamentis; consolamur tam
 de pluribus ornamentis. Nolite ergo propter Amurcam, quæ
 oculi vestri offenduntur, Torcularia detestari, unde
 theca dominica a fructu olei luminosioris implentur: potest
 ram

ramus, inquam, adeoque optabamus istud subjungere, nisi aut Amurca Torcularibus, aut purgamenta ornamentis capiosiora fuissent. Pauci admodum è tanto militum Theutonicorum in Prussia numero, cum hæresis Lutheri grassari cæpit, Catholicam fidem, & Ordinis sui, sive Torcularia sive ornamenta retinere; qui etiam propè omnes, illam hæresin in Prussia eluvionem vitando, in Germaniam sese receperunt. Unius inter paucos, quia singularis, non est omnino prætereunda constantia. *Ericus* is erat *Dux Brunsvicensis*, & inter ordinis sui magistratus, Præfectus, sive, ut tum vocabant, *Commendator Memelensis*; qui (que admodum etiam *Hennebergerus* (a) celare non potuit) neque ipse ullo modo ab Ordine & Ecclesia Catholica avelli, neque, quòd sui avellerentur, probare unquam potuit. Quocirca *Albertus Marchio Brandenburgicus*, ubi ex Magistro supremo Ordinis, in Ducem Prussiae Anno Domini M.D.XXV. inauguratus est, *Ericum* per *Georgium Polentium* (quem *Lutherus* in epistola ad ipsum data, à *Polemiu*, vocat) primum è *Sambiensibus*, imò & ex omnibus Catholice Ecclesie, superiore ævo. Episcopis ad Lutheri & hæreticorum castra Apostatam, Memelensi arce, Prussiaque universa lategit exturbare. Secesserat tum in Germaniam *Ericus*; ergo Apostata ille, à *Polentis*, omnem ut arce Memelensi potiretur, movere lapidem; &, qui *Fischhausum*, aliaque *Sambiensis* Episcopæ loca, novo Duci, nullo sane precio (nisi forte scorum, quod *Simon Grunau* exactus temporis illius historicus, cum viginti mansis ipsi à Duce memorat datum, apud hominem ad

libidinem omnem projectum, precii loco censendum sit) jam tradiderat; ut illam quoque Arcem traderet, conniti; cumque irriti redderentur conatus omnes, ipsum Ericum à Germania jam reducem, Regiomonti ut comprehenderet, moliri. Sensit insidiam Ericus, & Regiomonto per suburbia declinato, portum quidem in Sarkau, inde verò, concento lano bo, per sinum Curonensem in suam arcem evasit. Quò, cum paulò post ipse Albertus Marchio exercitu accessisset, & Ericus resistendo amplius non esset, lorica, cæteraque arma, uti Theutonicis assuetumque cataphractis mos erat, indutus, stricto gladio Marchioni solus occurrit. Verùm Marchioni à via destitente, Ericus iis conditionibus Arcem denique tradidit, ut sibi conscientiam, religionem, Ordinisque disciplinam salvis, Prussia hæresibus, ita polluta existeret, & annuo à Prussia tributo, uti frui in Germania, quoad viveret, liceret.

CAPUT III.

Lindæ Marianæ excidium, sicut & alia Catholicæ in Prussia detrimenta, ac Theutonicorum plerorumque apostasiam, singularibus denuntiata portentis.

Futuras in Ecclesiâ Christi hæreses, & seculum per hæresion monstra calamitates, diu antea prædictis, vel prodigiis ac portentis quibusdam denuntiatis, quin & prædici, neque novum neque insolens, pluribus alio opere (a) declaratum, & tum aliis S. Antonii Magni, Arrianorumque exemplis, quoadmodum ex Athanasio, & aliis plurimis, interpretatur.

(a) *Disquisit. Vbi quis. num.*

Concilii Nicæni I. (a) relata sunt, demonstratum à nobis est. Quod Prussiam attinet, produximus eodem opere, quæ Hennebergerus Prædicans, de Tritico in Allium commutato memorat. Anno circiter M. D. VIII (inquit ille (b) in Tabulæ Prutenæ Expositione) sub Friderico Misnia Principe, & Generali Ordinis Theutonici in Prussia Magistro, Triticum purum à Præsfecto Brandenburgensi Ioanne de Gablentz, terræ mandatum fuit: quod, cum in herbam erupisset, animadversum est, maiorem partem in Allium degenerasse. Cuius quidem Allii capita aliquot, Magistro Ordinis in Misniam usq; missa sunt. Miracula ceteroqui Prædicantes vix admittunt; hoc tamen loco non possunt non admittere; ita, ut hic noster, prius quàm rei seriem enarrasset, expressis verbis titulum præfixerit, MIRA CULUM. Ne porro nobis divinandi solis relictis videretur locus, jam olim alii, quin & Hennebergerus ipse, Oedipum egere; degeneres ab orthodoxa Religione & virtute plurimorum animos, eâ metamorphosi existimantes signati. Mali id ominis loco, inquit noster Oedipus, sub Alberto Brandenburgico, qui Friderico successit, à quibusdam habitum. Ego autem puto, Evangelium, quod hic sub Alberto prædicari captum est, esse figuratum. Acu rem tetigisse, cum sibi quoque vitus esset homo, suum illud suorumque Evangelium, quod ita Allium, ut vetere formulâ utamur, oboluisset, mirè de prædicare exorsus est. Cui eodem loco abundè cum sit repositum, superest ut hic Divum Ambrosium, Cælio Rhodigino teste (c) differentem audiat. Mirum est, inquit ille, Allio de-

L 4

lecta-

(a) pag. 497. edit. Venetæ. (b) pag. 35. (c) lib. 16. cap. 13.

lectari homines, quod fugit Leopardus: nam sicubi parietem
litu infeceris, exilit protinus, nec resistit. Cuius venenata
fera odorem non patitur, in mensam admittunt plerique,
internis infundere visceribus non desinunt. Crediderunt
Leopardo, & id genus belluis efferatioribus esse, quod
Evangelico isto Allio delectantur pariter, & gloriantur
tur; affines fortasse Thraciæ incolis illis, quos in Geographia
sua Maginus ait: *Colore esse fulvo ex caruleo, non vertice cernit;
impavidos, ferocissimos, ac savissimos strenuos item potatores
& vinosos, atque Allio in prodelectari.* Quid si verò aliquis cum Poëta istis
Evangelici adoratoribus occinat? (a)

O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in horto
Numina?

Quæ verò illa nata in horto Numina: Allium
nempe, & inter olera alia Cephæ. Allium enim (ut Plinius
ait) (b) Cephæ, inter DEOS, iure iurando habet in
gyptus. Addit idem ipse Plinius alio loco (c) vim quæ
ad ferrum attrahendum in Magnete est, Allio elidit
aut etiam elidi. *Quid ferri duritiâ, inquit ille, pugnam
samen domitrix illa rerum materia trahitur à Magnete.*
Veruntamen, si Allio allinatur, aut fimo tegatur Magnete
vires suas ad ferrum trahendum, tam diu amittit, quam
vino abluatur. Et miremur si Magnetismus ille, qui
in Christo, ut D. Hieronymus observavit, & Christus in
Evangelio, illa vis homines ad se trahendi, cum ab
rum in Prussia, vim suam rarò aut admodum exercuit,
hactenus exeruit, Allium, quod cum novo isto Evangelio
gelio, natum est, obstaculo fuit. Allium, quoniam &

(a) Iuvenal. Satyr. 15. (b) lib. 10. 6. (c) 36. c. 6.

rum non leviter oboluit, quod Evangelio isti Patres etiam inter sordes, vel potius simetum, ab se sub scamno repertum esse fatentur, quin & gloriantur.

Ejuldem ferè generis atque indolis portentum, sub eadem propemodum tempora, in succino, quod natura proprium voluit esse Prussiæ. contigisse testis est ejusdem sectæ per quam studiosus Medicus, Severinus Gœbelius; qui geminum de succino librum Anno M. DLXXXII. Regiomonti edidit. In succino, ut idem ait (a) tria sunt potissimum colorum genera, Candidum, Pellucidum, & obscurum, seu confusum, ac mixtum ex variis coloribus. Interim, quod idem paulò pòst, de novo succini genere, quod cum novo istorum Evangelio, apparere simul in Prussia cæpit, in hæc verba commemorata (b) Notatu dignum est, quod Nigri succini genui quoddam, tunc temporis, ad litora appellebatur, cum nova quædam hæresis in Prussia exorta esset. Erat id liquidum, viscidum, & lentum, instar picis nitens, ac teterrimi odori: quod, cum à nobis antea non fuisset conspectum, merito videbatur nobis, ceu digito ostendere, hæresin talem exorturam, quæ suo fatore multos esset turbatura. Et sanè, si Candido succino quod omnium nobilissimum est, quanquam pellucidum non sit, ut idem author discretè antea dixerat, Fragrantissimus inest odor, quo restituitur syncope, vertigine, vel epilepsiâ correptos; & quo candidius est, eò in medicina est prestantius: quis ambigere jam audeat, atro illo & fætidissimo, insolentissimo quæ succino, nihil aliud nisi atros juxta ac fædos fætidissimos, quæ novi istius Evangelii mores, ut idem quoque medicus augurabatur, fuisse notatos: qui proinde insu-

L s.

pcc

(a) pag. 3. (b) pag. 5.

per addit, Verisimile esse, quod bitumen fuisse in lacu Asphaltite, ubi Sodomæ & Gammorra conflagravit, in eternam divina ultionis memoriam.

Verum hæc, & id genus portenta, aliis communiter etiam sunt, sunt etiam, quæ singulariter ipsum Theutonicorum in Prussia Ordinem concernebant. Præterquam enim, quod S. Brigitta (quemadmodum pervulgatâ jam olim famâ accepimus) in Prussia aliquando trajecit, & milites illos, ni resipisceret vindicem DEI manum experruros coram admonuit; erat insuper in eodem Theutonicorum Ordine Frater Wolfgangus à Scaratein, multis DEIPARÆ visionibus clarus (uti Simon Grunau Ordinis Prædicatorum Prutenæ primus in Historia, in suis Manuscripti Tractatu vicefimo tertio (a) affirmat. Is verò, eodem recte, cum rebus sui Ordinis admodum in Prussia essent scientibus, ad futura oculos mentemq; acrius intendens, DEIPARÂ docente intellexit, futurum tandem, ut Ordinem hæresin lapsus, tum se Patronam Ordinis blasphematum eas regiones ac terras, quas iam possideret, amisisset. Et quid aliud, evenisse nunc sive in Livonia, etiam in Prussia videmus? Præsertim ante quàm id evenisset, memorabile juxta ac formidandum est, quod centum ante annis, ita scilicet eventurum esse, & rarò auditâ visione exhibitum erat. Rem, quæ Thomæ Tretero in Manuscriptis Episcoporum Varmienensium Vitæ, in Joanne III. & à Simone Grunau Tractatu decimoquarto (b) ac decimoquinto denique & ab Hennebergero, ad Arcis Christianopolitensis descriptionem, inter varia utriusque forte

(a) cap. 3. (b) cap. 15. (c) cap. 3.

pro more exempla, est tradita, paucis aperiam. Bellum (a) quod Anno M cccc x. in euntore Magistro Ordinis Ulrico à Jungingen, Theutonici infelicissimè ad Tannebergam gesserunt, omnibus modis dissuadebat F. Albertus Schwartzenburg Christburgensis, ut vocant, Commendator; sed frangere pertinaciam suorum, vel potius furorem non potuit. Consensus igitur, etiam contra animi sui sententiam, equum, atque iturus, dum à quodam suorum interrogatur, cui tandem commissæ sibi arcis curam abiturus, relinqueret? sive præ ferocia, sive insuper etiam præ acerbitate animi, Tibi, inquit, & omnibus, quotquot sunt, Diaboli. Quo dicto, is qui interrogatur, subito expiravit, & exinde arx dæmonum potestati, ad hanc usque diem, cessit. Tametsi enim hodieque aliquid veterum super sit parietinarum, nemo tamen vel reficere, vel incolere locum potest: cum à prima maledicti execrationisque illius horâ, quotquot incolere ausi sunt, vel in puteis, vel in ædium pinnaculis suspensi, vel aliis spectrorum intemperis exagitati, excedere demum arce coacti sunt. Interim (b) faber quidam è sacra quatuor annorum peregrinatione Christburgum reversus; ut, quæ de spectris, dæmonumque audierat dominio, oculis coram experiretur, arci succedit; & ecce obvium in ponte habet F. Ottonem Langervicium, qui fabri paulò antè filium è sacro fonte levarat, & in eodem prælio occubuerat! Præmissâ, tanquam ad compatrem, salute, quàm vana sunt, quæ homines, cum aliis de rebus, tum de te, ac cæde tua

spat-

(a) In Vita Episc. Varmiens. M.S. in Ioanne III. (b) in Creutzburg.

spargunt? inquit faber? at ille, Tu verò, inquit, haud
 vana spectaturus es; tantum modo me comitare; &
 oculis non linguâ utere. Cave cuiquam assensum
 præstiteris, aut etiam verbum loquaris. Ita edoctus
 ad primum intra arcem conclave deducit: ubi omnia
 militari licentiâ, & colloquiis, inò vociferationibus
 juramentis, & execrationibus personabant. Inde
 secundum conclave ductus, videt omnia ludis,
 mixtis inter ludos, contentionibus, transigi. Tertium
 ingressis, objiciuntur alibi mensæ, convivium, commes-
 sationes, & ebrietates: alibi ducti ad numeros multi-
 cos chori, plausus, & laxata ad omnes carnis illece-
 bras fræna: alibi tædæ libidinis, raptus, & supra vir-
 ginum, adulteria conjugatarum. Omnes in partes in-
 vitabatur blandè faber: sed ille memor dati sibi con-
 siliî tacitus ductorem sequebatur; quoad ad ipsam
 Arcis Templum est ventum. Ibi verò (cùm alibi vigi-
 les essent omnes, & magnâ rem alacritate hæc ten-
 visi essent agere) qui choro aderant, omnes unive-
 süm dormitabant; qui verò ad Aram stabat mystes-
 speciem magis, quàm ad pietatem Christianam
 ciebat. Et jam digressis inde, reditus instabat, cùm
 undique ejulatus, & miserabilis comploratio per-
 nuit, ut faber sibi in inferno magis, quàm super ter-
 ram versari videretur. Ad pontem arcis erat ventum
 cùm ductor ad fabrum, vera inquit, sunt omnia, quæ
 intuitus es; jam enim unicuique pro meritis sua
 merces. Tu verò, ad Magistrum Ordinis perge, cui
 demque de omnibus, quæ vidisti edoce; atque in
 per mone, ut à proposito sibi concilio abstat; judi-
 cium enim Dei venit super nos; servi proinde alii

rum erimus. Quæ tu cum Magistro dixeris, occidet te; sed tu te mortem esse meritum, vel illo loco ac tempore (& revocavit illi certa ab ipso patrata facinora) memineris. Cæterum evenerunt omnia uti prænuntiata sunt. Faber enim cum Mariæburgi Ordinis Magistrum commonuisset, de ponte in profluentem ab eo præcipitatus est: succedente verò tempore, Theutonici cupiditatum in primis suarum servi, à fide & Ordine desciverunt, & unâ omnibus Prussæ provinciis exciderunt.

C A P U T IV.

Inter plurimas Ædes sacras, etjam sacellum cum Tilia Mariana, ab Hæreticis excisum.

PRæclarè S. Augustinus (a) omnes Ecclesiæ Catholicæ hostes, & inter eos, principe loco, Hæreticos, Torrentibus comparat. Ut enim Torrens quis, quanquam non sine multo strepitu, ac tumultu gravi, undas præcipitat; & tamen undæ, ut interdum magnæ sint, diurnæ esse non possunt: adeo ut Torrens, prius quàm videri, observari, timerivè interdum cæperit, nullo propè relicto sui vestigio videatur desisse esse. Ad eum profus modum sectæ, sectarumque architecti, præter expectationem, magno secum strepitu verborum, populorumque tumultu interdum ostentant; cum ecce subitò, & ipsi, & ipsorum memoria, juxta divinum carmen, cum sonitu perit! Exundarunt non rarò hujuscemodi sectarum Torrentes in Prussiam; nam & circa Annum Domini M. CCCXXII. sub decimoquarto Ordinis Magistro Werns-

(a) in Psalm. 109.

Wertero ab Vrſelen, quidam Enthufiaſtae, viridiſ
 Andreae Cruce palliſ candidiſ intertexta ſpectabi
 les, pecuniam ſub ſpecie recuperandae Palaſtinae o
 mungebant: & ſub Conrado Wallenrodt viceſimo
 primo Magiſtro, Albigenſes Duce Leandro Medici
 nae Doctore, à Gallia ſub Annum Domini m. ccc. cxx.
 & Wicleſi ſectatores ſub viceſimo quinto, Ordini
 Magiſtro Michaële Kuchmeiſtero, circa Annum
 ccc. cxv. in Pruſſiam uſque perreptarunt. Veru
 hi, & quidam iſſ affines, nihil niſi Torrentes exigui
 & tempore admodum exiguo perſtrepentes fuiſſe
 viſi ſunt. At verò eluuiſ illa, quae per Albertum, Al
 bertiſque combenones Ordiniſ Theutonici militiſ
 à Luthero, & Germanicis Lutheranæ ſectae lacuniſ
 latiùſ ſe, quam ullae ſuperiores, in Pruſſiam diffuſiſ
 Torrens quidem, ſed paulò vaſtior atque recentior
 erat: quippe, qui ſupra privataram ædium homi
 numque ruinas, plurimorum Temploꝝ, Mona
 ſteriorum, aut (ſi perſtingere eouſque non potuiſſet)
 Theſaurorum Eccleſiae immanem fecit vaſtitateꝝ
 Nam, ut alia nunc prætereamus loca, intra uniu
 duntaxat Regiomonti pomæria, quot, quælo, Tem
 pla, aut penitus ſubruta? aut in profanos uſus uerſa
 aut prorsum ſunt expilata? Audiamus vel ex aduerſi
 caſtris, jam non omnino vanum teſtem Miſlenteꝝ
 In ea, quam hîc (a) diſcuſſit Proceſſione, præ
 ſentet Templum *Dive Mariae Magdalena*. At ubi
 nunc, aut quid eo tandem factum? *tam*, ut ille (b) in
 quit, *eſſe deſiit*. Poſſetne vel locus, vel aliquod epi
 Tem

(a) lib. I. cap. II. (b) pag. c. 3.

Templi vestigium adhuc monstrari? *Sicum*, inquit idem, fuerat propè Arcem, ubi locorum Moneta nunc cuditur. Enim verò præclare! & fortasse etiam ad Evangelii normam! Nam & Christus Dominus (a) in Templo ementes, & vendentes, & Numularios invenit: ac hic insuper etiam æs & Moneta mudentes invenit. Nunquid & hinc, uti ibi quoque fecerat, aliquando, *Eucier*? an fortè necdum confecit quasi *st. gellum defunctuli*? Aut, non possunt fortasse Numularii dici, qui Numos cudunt? aut nondum satis viderur conversa in domum negotiationis (in qua Moneta jam cuditur) Domus Orationis? Et quid est aliud Mammonæ servire? Nimirum hujuscemodi Pænitentiaæ fructus, & lacrymas, & gemitus, & singultus pænitentis Magdalena, reperiri secundum Prædicantium Evangelium oportuit, in Templo Divæ (ut etiam Mislenta appellat) *Maria Magdalena*. Quid verò reperiemus itidem Regiomonti, in Templo S. Crucis? *Templum S. Crucis*, inquit loco citato Mislenta, etiam profanatum, ac conflagrans aenei Tormenti, machinisq; bellicis destinatum, propè portam Crucis nuncupatum. Ne hoc quidem extra, aut contra Evangelii prædicantici amissim. Crux Christi fuit semper, & est, Dæmonum omnium & Interni Tormentum. Quid jam Tormento hujusmodi opus iis, qui secundum vatem (b) gloriando dicunt, *Percussimus sados cum Morte, & cum Inferno fecimus partem*? Alia igitur Tormenta non in Dæmonum, vel Interni, sed in hominum Ecclesiæque Christi ruinam, oportuit Prædicantes ordiri. Sed nunquid oportebit eisdem quoque id, quod Dominus per eundem

(a) *Matt. 21. Ioan. 2.* (b) *Isaia 28. 15.*

eundem Vatem v. 18. decrevit, audire? *Delebitur factum vestrum cum morte, & pactum vestrum cum Inferno, non stabit?* Denique, ut Templum D. Barbaræ, Templum item Bernardinorum, de quo Hennebergerus (a) aut Templum Virginum Benedictinarum, de quo idem (b) &, si quæ insuper Regiomonti fuerunt missa hoc loco faciamus, quid in iplo Spiritus Sancti Templo reperiemus? *Hodie*, inquit idem Mislenius, *usus factorum, & lanionum, in veteri oppido, prope portam Lobnicensem visitur cessisse.* Egregiè verò, & ad ejectionem Evangelii libellam examussim! Non decebat Domum DEI secundum Evangelium Christi (c) fieri speluncam latronum: at secundum Prædicantum Evangelium, decet ipsius sanctissimi Spiritus, veri utriusque Domum, fieri & esse adhuc domum lanionum & factorum? Et quis istam barbariem, ne dicam ferocitatem, & quis animis oculisvé aspexerit? Ne ipsi quidem, quorquot ad humanitatem inter eos utcunque exculti sunt, possunt aspicere. Triginta circiter annos, cum in eodem Spiritus S. Templo, inter Macella & lanionum officinæ reficerentur vel auferrentur, sepulcrorumque illic quondam Christianorum ossa plaustris aliò deportarentur, Bernardus Derschovius, qui in veteri civitate id temporis pedopastorem agebat, nō potuit, tantâ, ne quid gratiam dicam, hominum insolentiâ, non commoveri maxime; & ipsis Regiomontanis, qui sepulcrorumque defunctorum ossibus, suam inviderent, quæque aut ipsas diras non denuntiare.

Atque hæc Regiomonti cum patrata sint, & piland

(a) pag. 283. (b) 237. (c) Matt. 21. 13.

aliis per civitates, oppida, villasque structis olim
 Templis; quid sacris locis, quid Lindæ denique Ma-
 rianæ, ejusdemque sacello factum puremus? si Joanni
 Leoni Canonico Gurstadiensi libro 7. historiarum M.S.
 (a) &, quem ille authorem testemque oculatum se-
 quitur, Simoni Grunau, fido illius ævi, ut diximus,
 historico, fides habenda; sicubi Tempia everfa non
 fuerunt, fuerunt tamen strenuè expilata: nisi fortè ci-
 ves ipsi expilantium conatibus alicubi obstiterent.
 Nam agebant civitates, quemadmodum authores cita-
 ti scribunt, Christum neminem ad fidem coegisse, uti ipsi
 facerent; scire se utique, non tam fidei causâ, rem institu-
 ram, quam suppellectilis Ecclesiastica emungenda. Porro
 duobus, ad sacrilegas istiusmodi rapinas, vulturiis
 potissimum usi feruntur apostatæ Crucigeri; videli-
 cet Erhardo Queis Pomelaniensi Pseudoepiscopo,
 de quo plurima Grunau memorat; & Fratre quodam,
 dicto Domino ab Heideck; qui è Canonico Bamber-
 genfi Ordinem Theutonicorum fertur ingressus
 fuisse. Uterque, quò facilius raperet, vel nervos belli
 contra Polonos gerendi, Magistro Ordinis necessa-
 rios, prætexebat; vel minimè necessariam, imò super-
 erantiam, ac planè hypocriticam in Ecclesiis divinoque
 cultu pompam, abolendam clamitabat: re autem ve-
 tera Mammonæ uterque quàm impiissimè litabat. Po-
 tuit eaquam verò immane illud avaritiæ barathrum, ra-
 ra è civitatum, vicorumque Templis opes (quæ ni-
 sil aliud, quàm aurum, ut est in proverbiiis, Tholosa-
 ni sunt) explere nequaquam possent, Monasteriis
 expilandis, Monachisque dissipandis manus admo-
 ta sunt.

M

(a) pag. 705.

ta sunt.

ta sunt. Ut enim loco citato historia prosequitur, dicens Frater Heideck, frustra se cum oppidis expostulans aggressus est Gerdaviense, Velaviense, Tilsense, Heilbeilense, & Patollense Monasteria; & quae in eius recessibus inclusit: ordinavitque in singulis Monasteriis tres solum Monachos, qui manerent; omnibus aliis, pro mendacitate, expulsis; & ut tres illi Monachi sibi unum vicarium Stanneum fieri curarent, ad explendam suam hypocrisis: nec quempiam alium reciperent, in ordinem; neve cum divagarentur, spem suam projicerent in Deum qui liberaturus esset. Hunc igitur miserandum in modum, in dirissima illa haereseon eluvione, Monasteria, Tempia, aliaque sacrae Aedes, vel funditus exciderentur, vel expilarentur; quid mirum si Lindaburgiana ejusque sacellum eidem fuerit obnoxium temptati? Jam alias (a) abunde spectavimus, Praedicantibus, & Praedicantium filiis, illam DEIPARAEDEM, omni temporum momento, salem sudemque oculis fuisse: illi proinde, homines scilicet religiosissimi, parcerent, qui caeteris, infra illius famam venerationemque longè positis, minimè potuerunt parere? Ego verò minimè dubitem, quemadmodum Catholicorum, & omnium piorum oculi, ad Lindaburgicam DEIPARAEDEM, praeter omnibus lacris in Prussia maximè semper fuerunt intenti; ita illos sectarios obliqua tuentes hircos, nusquam prius, quam ad eandem respexisse; & simul, atque respexerant, duce oculos ponere manus sacrilegas fuisse securas. Admodum igitur facinorosissimorum hominum manus, & rudimenta aut excisâ Tiliâ Marianâ, propè ipsa sacellidamenta sedibus suis emota sunt.

(a) lib. I. cap. 3.

CAPUT V.

Sacelli Deiparæ Lindenſis excidium, non ſine ingenti piorum ſtupore ac dolore perpetratum, adjunctarum ſacello ædium ruinam ſecum traxit.

Quæ locum, apud Lindam Marianam, ſacrum reddebant, quæque loco, venerationem, & ſingulari adangebant cultum, erant, uti alias diximus, Tiliæ, & admiranda miraculisque inclyta, ſuper Tiliam Deiparæ Imago; atque circumdatum utrique, è ſolido muro, ſacellum. Hæc univerſa, per illam hæreſeon hæreticorumque eluvionem, ſimul vaſtata atque exciſa ſunt. Et quidem ſacelli ipſius ruinam, rudera, quæ integrum propè ſeculum in oculos ſpectantium incurtebant, palàm loquebantur. Tametsi enim toto illo tempore, quod ab Anno circiter M. DXX. aut M. DXXII. ad præſentis ſæculi Annum XVII. I. excurrit, gratiæ ſanitarum aliaque Dei ac Deiparæ beneficia, nunquam ab eo loco fuerunt diſcreta; locuſ tamen intuentibus nihil aliud, niſi aggeſtum ruderum acervum, & quoddam quaſi, ſacratiffimæ illius Ædis, cadaver videbatur exhibere. Sunt hodie quoque pluri mi, totâ Pruffiâ ſuperſtites, qui ſuis ea rudera oculis olim ſpectabant, & egregium illud, è ruderibus aggeſtum, hæreticæ ſacrilegæque barbariei trophæum, cum olim ſemper execrabantur, tum modò quoque deteſtarentur; niſi gaudium, quod ex reſtaurato nuper ſacello, crescenteque indies ſacelli ornatu juxta ac religione, capiunt ſingulare, præteriti memoriam doloris penitus abſtergeret. Cæterùm, quem putamus ſenſum fuiſſe, illo ipſo tempore, quo excidium

illud parratum est, in omnium piorum, non modò
 per Prussiam, verùm & per diffitas regiones, animis
 Quanta Asiae totius consternatione ac stupore, Dianæ
 Ephesiæ fanum, incendiarii cujusdam flammis
 subrutum fuerit, vel è sacris literis (a) discimus. Si
 enim, quando non nisi per aliquam suspitionis nu-
 bem, à Demetrio argentario, ejusque sociennis ob-
 etam, aliquod Dianæ, vel ejus Templo periculum im-
 minere videbatur, non modò Demetrius cum soci-
 (b) sed & omnium Ephesiorum, imò & Asianorum
 cæterorum, Ephesi tunc præsentium, ut sacra loqu-
 tur historia, *Vox facta una est omnium, quasi per duas
 vas clamantium, magna Diana Ephesiorum: quidni & p
 omnes, ad sacelli, & Lindæ Marianæ (quæ non jam
 profanæ gentilium, sed, ut eam loco citato Corne-
 lius appellat, vera, & veraci Christianorum Diana, lac-
 erat) tam immane & sacrilegum Excidium ingem-
 rint, animisque immensum fuerint consternati & L
 cet enim non eâ, quâ Templum Ephesium fuerit
 gnificentiâ, ut laboris & sumptuum impensio-
 causâ, inter septem mundi veteris miracula cen-
 posset; DEI tamen, & DEIPARÆ beneficentiâ
 quæ hinc manabant, prodigiis ac miraculis, tum
 lud, tum reliqua veterum miracula, immenso an-
 bat intervallo. Quod si Ephesium illud ducentis
 Plinio (c) teste; aut potius, ut idem alibi docet, qu-
 dringentis vigintiannis, ut miraculi nomen tor-
 tur, ædificatum est; Lindenlis profectò Ædes pro-
 quadringentis annis, tot miracula edidit, ut non
 saxis aut lapidibus, quàm meris videretur niti & co-*

(a) Act. 19. (b) v. 28. (c) lib. 36. cap. 14.

Edes quoque sacello Linda adjunctæ ab hæresibus excisæ. 183

state miraculis. Eat nunc impudens Prædicans Mislenta, & Heroa, nescio quem, à facinoribus, Principe Christiano nimirum dignis, *super athera tollat*; quod cum *totale excidium* (ut ille (a) multis garrit) *Religionis Romano-Catholicæ ex Ducatu promovendo*, inter cætera *Indulgentias Papales, Processiones, Peregrinationes ad loca sanctis ac Divis consecranea, proscripserit, inhibuerit, & prorsus exterminaverit*. Addat insuper, *commemoratione dignum occurrere, de destructione Fani ad Lindam extracti*; ad quod *peregrinationes, indulgentiarum imperandarum gratiâ, ab undequaque hominibus illuc confluentibus, institui solebant*. Hæc, inquam, atque id genus alia, de Prædicantiæ turfuribus eloquentiæ, in Heroa illum spargat Mislenta; ego tamen neque nunc adducor, neq; deinceps, ut loco suo constabit, adduci potero, ut in hominis transeam sententiam; hoc est, ut cum Prædicante, tantam heroi illi notam inuram. Quis enim, aut tam humilis illum animi, aut tam projectæ mentis, aut denique tam digneris à serenissima stirpe sua, tum spiritus, tum sanguinis, fuisse sibi persuadeat; ut non putarit vel equilia, vel haras & stabula alia, suppetere aliunde sibi posse, nisi è dirutis subversisque Templis ad ea erigenda, lateres, & saxa, aliamque materiem sacrilegè usurparet? Id enim fecit is, quicumque tandem sacelli & Lindæ Marianæ infelicissimus sacerrimusque excidii author fuit. Audi Ciaritium (b) *Tiliam, sacratissimæ Virginis Matris incolatu venerando pranobilem, nefariorum furor stirpitus excidit. Lateres Oratorii, ut & trabes, ac ligna domorum illi adjunctarum, quæ eandem demolitionis cladem*

M 3

dem

(a) p. d. 4. (b) pag. A. 6.

dem subierant, Rastemburgum aucta, & in substructionem stabulorum Arcis conversa; reliqua avectione indigna, permixta ignibus, in favillam redacta sunt. Hæc cinea ille Heros? hæc, inquam, ille, non modò designare opere, verùm & animo potuit concipere? ille non profanum duntaxat ædium, sacello adjunctarum (si quis tamen profanum apud Lindam fuisse dici poterit) Trabes & ligna, verùm & ipsius Oratorii lateres, privatos usus, & quid privatos dico? ad profanissimos, quia & sordidissimos, non hominum sed bestiarum usus, ad stabula, ad mandras, vel etiam hinc verterit? ille pro insitâ animo rabie, quæ asportavit & in profanissimos etiam usus, è Lindæ materie convertere non potuit, ignibus permiserit, & in favillam redegerit? Non hæc indoles Heroem; non animus non sanguinem ingenuum, ne dicam generosum & nobilem, refert. Opus ipsum, probat authorem non alium fuisse, quàm Castorem; illius utique, qui Regem monti Templum Spiritus Sancti in macellum veteris Pollucis gemellum. Uterque ejusdem Ledæ simulæ; uterque ovo prognatus eodem; proinde uterque non hominem, sed Jovem refert parentem. Verum enim hic illud Poëtæ:

Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem. Castor

Hic cæstibus ad lanionum proludebat matrem; ille equis, ad palatia militabat equisonum: inde uterque non heroum, sed aut lanionum, aut agalontum; aut, si fortè id malint, Prædicantium sanguis.

CAPUT VI.

Cum sacello, et jam Tilia Mariana excisa, non tam religioni ipsius loci, quam Catholica in Prussia Ecclesiæ, imminentem portendere visa calamitatem.

EXcilo dictum in modum sacello, non alia ipsam Tiliam, quæ in medio sacelli olim sita, rectumque sacelli ramis & frondibus, uti diximus, supergressa, perenni foliorum frondiumque vigore, & quadam quasi umbræ majestate, recti vicem sacello præstabat, excepit fortuna. Nam & Tiliæ ferales impiorum manus ita sunt admotæ, ut vel stirpitus evulsa, vel ad ipsas radices fuerit præcisa. Monstratur et jamnum in medio sacelli locus, quo illa (ut constantissima est omnium fama) stetisse ac viguisse olim fertur: utrum verò eodem in loco, vel ipsæ radices fuerint relictæ, mortalium nemo monstravit. Quanquam autem ipsæ quoque Tiliæ illius radices excisæ tum fuissent, Marianæ ramen Lindæ radices, quibus illa divinitus nitebatur, & nunc quoque nititur, nunquam aut excindi, aut evelli, aut etiam loco moveri potuerunt. Neque enim radices istæ, humo magis vel arenæ, quam cælo infixæ, subductam oculis corporum, subducere oculis animorum Tiliam potuerunt. Itaque non haurit illa quidem amplius, neque in truncum, vel ramos derivat, haustum de terræ venis humorem; at haurit de cælo succum, & largè, omnibus partitur mortalibus uberrimos gratiæ divinæ rivos: non viret illa quidem jam pristinâ florum aut foliorum frondiumve majestate & gloriâ; at viret nihilominus ac viget, divinæ fructibus beneficentiæ & largi-

M 4

tatis:

tatis: non tegit frondibus aut ramis eductos in altum
 è laterculo parietes, at protegit cælestis gratiæ um-
 brâ populos undique adductos: non præbet apibus
 dulcem ad mellificia rorem, at præbet hominibus
 largum ad bene agendum, beate quæ vivendum, di-
 norum auxiliorum imbrem. Quæ profectò, si quæ
 apud se reputaverit, Tiliam Marianam, symbolum
 quoddam aut hieroglyphicum immortalitatis reser-
 tate poterit. Sicut enim *Arbor quævis*, juxta S. Augu-
 num, de verbis Apostoli (a) speciem exprimit Resur-
 rectionis; quia cum hiemis tempore, spoliatur pomis, nudatur
 foliis; adveniente tamen æstate, turget in gemmis, ornatur
 in floribus; vestitur foliis, pomis gravatur: ita Tilia Mari-
 ana, quæ etiam radicitus evulsa, nunquam aut fructibus,
 aut foliis & frondibus, longè, ut vidimus, divi-
 nioribus, spoliari potuit, Immortalitatis nobis etiam
 poterit symbolum. Ne tamen aut furori, aut potius
 conatibus impiorum, nihil omnino videamur
 buisse, concedamus ac fateamur Tiliam Arborem
 non modò succisam ab iis, verùm & stirpitus reser-
 sam fuisse; dummodo & illi, & cæteri omnes minime
 diffiteantur, illud Tiliæ excidium, ejus (quod Cal-
 licæ in Prussia Ecclesiæ ad tempus imminabat) exci-
 dii, seu potius calamitatis, umbram quandam fuisse
 non secus, atque olim Ecclesiæ Africanæ calamitatis
 quæ per Vandalos, eorumque Regem Hunnericum
 Arrianâ peste infectum, brevi ventura erat, per
 versam Arborem divinitus fuit adumbrata. Nam
 refert Victor Uvicensis histor. Vandal. lib. 1. *Vidit
 venerabilis Paulus Episcopus, Arborem, usque ad calorem*

(a) serm. 34.

florentibus extensam; quæ etiam dilatatione suâ, omnem
 partem Africam opacabat. Et cum omnes eius magnitudine
 & speciositate gauderent; ecce subito venit Asinus violen-
 tus; qui defricans cervicem suam, super robur radicum e-
 ius, impulsu suo, cum ingenti sonitu, illam mirabilem Arbo-
 rem elisit ad terram. Quod si Hunnericus Rex, fortas-
 se quia ob fœdissimam Arrianorum hæresin, ab illa
 generosa filiorum DEI stirpe degenerarat, per Asi-
 num fuit adumbratus; quidni is quoque, qui non mi-
 nus degenerare Lutheri spiritu actus, Tiliam Maria-
 nam, illam, inquam, Arborem usque ad calos ramis ex-
 tensam, & dilatatione suâ omnem Præsiam opacantem,
 subruic, possit, imò debeat Asinus vocari? præsertim,
 cum etiam Darius Rex, apud Isai. 21. 7. cum suis Me-
 dis, exprimatur per Camelum; & Cyrus cum suis
 Persis per Asinum; vel certe per Semiasinum sive
 Mulum; uti in suo Enthusiasmo (teste Eusebio (a) de
 Præparat.) Nabuchodonosor Rex eum vidit, ac tuis
 Chaldæis hunc in modum prædixit; Veniet Persa Se-
 miasinus, qui nobis iugum servitutis imponet. Adhæc, si
 Plato, teste Æliano (b) ob ingratitude, Aristote-
 lem vocabat Mulum; eò quòd quemadmodum Mu-
 lus lacte materno saturatus, matrem calcibus petit;
 ita Aristoteles, optimis à Platone disciplinis atque
 artibus quasi suffartus, scholam contra Platonem
 aperuit Peripateticorum; in qua illius doctrinam at-
 que placita oppugnavit: quidni iste, quicumque tan-
 dem sive è Theutonico, sive quocunque tandem
 alio Ordine fuerit, Ecclesiæ Catholicæ lacte à tene-
 ris nutritus; adeoque ipsius Deiparæ, quæ totius Or-
 dinis

M 5

dinis

(a) lib. 9. cap. ult., (b) lib. 4.

dinis Theutonicorum singularis patrona, & quæ
 Mater fuit habita, beneficiis totâ retro vitâ saturata
 tum in Ecclesiam Catholicam, quasi calce arretrata
 tum in ipsam Virginem Deiparam, mortalium
 gratissimus, manum & arma, in Mariana ipsius
 da strinxit, sive Mulus, sive Semiasinus audiat?
 hac super re, luculentius postmodum erit agendum
 nunc de Tilia Mariana, quod de Rege Chaldæo
 (in figura divinitus apud Daniele(m) (a) exhibitum
 etum est, haud injuriâ usurpemus; præsertim, si ea
 quod jam vidimus, & in medio terræ, quodammodo
 sitam, & novo ac perenni radicum germine, immo
 talem non negemus. Ecce Arbor, in medio terra, & altitudo
 eius nimia! magna Arbor, & fortis; & procentus eius
 contingens calum; aspectus illius, usque ad terminos
 terra, folia eius pulcherrima, & fructus eius nimis
 esca universonum in ea, subter eam habitabant animæ
 & bestia; & in ramis eius conversabantur volucres
 ex ea vescebatur omnis caro. Si enim, quod Cardanus
 (b) & Peterius (c) memorant, Coccus Arbor Insuper
 plurimarum rerum humano generi necessarium
 pletulum (nam & colorem coccineum, aquam, nigra
 gia, funes, vela, malos, clavos ac remos; & insuper
 tyrum, oleum, acetum, saccharum, ex ea confici
 constat) quidni ad plures longè usus, Tilia Mariana
 uti antea quoque vidimus, divinitus committatur
 mortalibus, & Arbori à Rege Chaldæo vitæ, committi
 rari queat? Quod si porro, divinâ providentiâ
 entissimè sanctissimeque ita permittente, vigilat

(a) Dan. 4. 7. (b) de Variet. lib. 7. cap. 33. (c)
 ap. 6. Genes.

eius de calo descendit, & clamavit fortiter; & sic ait, succi-
 dite arborem, & pracidite ramos eius, excutite folia eius;
 quod quidem per illud Tiliae & sacelli excidium ab-
 unde factum fuit; nihilo tamen minus, de eadem Ti-
 lia & sacello, ab eadem providentia, benignitate, cle-
 mentiaque divina, id quod versu 12. sequitur, decre-
 tum sancitumque fuit, *veruntamen germen radicum
 eius in terra sinite.* Quod quidem, & toto illo excidii
 tempore verissimum fuit, & nunc pariter est: quia
 quoad Linda Mariana illas miraculorum divino-
 rum, & sanitarum curationumque gratias, quas stan-
 te Tilia habuit, etiam succisa postmodum Tilia, reti-
 nuit, & adhuc retinet; *germen radicum*, non modò in
 terra relictum, verum & in caelo, ut diximus, fixum
 semper habuit, & adhuc habet. Vnde non injuriã,
 cum de Imagine Deiparæ Lindensis, de qua cap. seq-
 uentem etiam de ipsa Tilia Mariana suo modo usurpari
 potest, quod de Diva Aspricollensi (a) scriptum Li-
 plius reliquit. *Sed evenit, & candidè fatendum est, ut di-
 cta Imago illa, sive statua perierit; incertum quã vi, aut ca-
 su; nisi quod suspicio pradores culpât, in iis lustris assiduos
 per hac bella, non solum crebras. Ea amissio incidit circa
 Annum M. DLXXX. ut aiunt, & conspici ibi Diva desuit, sed
 non coli. Veniebant enim nihilo segnius ad locum, loculam-
 que vacuum; & opem ac solatium etiam inveniebant. Quis
 miretur, aut culpet? Persæ, Regis sui sellam venerati sunt,
 quia Maestas illa insedisset, & attractu velut sacrasset; cur
 non liceat piis, loca Numini electa, & consecrata? nec ta-
 men Quercum illam (nemo censeat) ob ipsam; sed in ea sta-
 tuam, & in statuã Divam, in hac DEUM venerati sunt, &
 adora-*

(a) cap. 4.

adorarunt. Nec in statua sanè propriè vis aut virtus
res hîc docuit eâ amissâ, & mox mutatâ.

CAPUT VII.

Novorum in Prussia Iconoclastarum furor in sacras Imagines
quid ab iisdem B. V. Lindensis Imago experta.

Nemo unquam fuit, qui in DEI, DEIPARÆ, &
rumvè sanctorum Imagines, manum calami
vè strinxerit quin idem vel gentili barbarie fuerit
feratus; vel Judaicâ, Turcicâ, Magicavè imple
pollutus; vel aliorum sordibus vitiorum inquin
simus: ut vel hinc censere, atque æstimare facile
vis liceat, de eorum Iconomachorum atque Icono
clastarum vitâ & moribus, qui uti aliorum sancto
rum Imaginibus, ita & B. V. Lindensis admirabi
Iconi, violentas juxta ac sacrilegas manus in re
Primi in VII. Synodo Act. v. Iconomachorum
men meriti sunt Judæi; sed Judæi erant; è quor
tribu tempore Justinii junioris, Samaritani quid
Ecclesiam alicubi invaserunt, & in Christi cæli
que Imagines ferocissimè grassati sunt; uti ex Ep
la Simeonis Eremitæ, in eadem Synodo, patet.
Annum Domini D C. Mahometes in Alcorano
15. & 17. Imagines omnes sustulit; sed quid post
primo Turcicæ barbarici parente expectari
Paulò antè sub Zenone Imperatore fuit Xen
quem Nicephorus (a) & Cedrenus in Compert
Iconomachorum Principem appellant: sed Xen
ut Bellarminus Tomo 2. de Reliq. Sanct. (b) inq
fuit homo Persa, & Barbarus; imò & servus fugitivus

(a) lib. 16. cap. 17. (b) lib. 2. cap. 6.

licet non eſſet baptizatus, ſimulans tamen ſe Chriſtianum, irreſſit ad Episcopatum. Inter Chriſtianos Imperatores, primus Leo Iſaurus bellum Imaginibus intulit, unde & Iconomachi nomen, vulgo eſt ſortitus: ſed Leo iſte, Cedreno, Zonara, & Paulo Diacono, teſtibus Judæorum in ea cauſa inſaniam, præ S. Gregorii Papæ, & S. Germani ſanctiſſimi Conſtantinopoleos Patriarchæ, præque duodecim ſapientum (quos cum Magiſtro Oecumenico eorundem præpoſito, inſtructiſſimæque Bibliothecæ, intra domum incluſos, combuſſit vivos) denique & præ totius Eccleſiæ Chriſtiæ doctrinâ, ſequi maluit. Leonem pari paſſu Conſtantine filius ſecutus eſt, mali corui malum ovum: ſed is non modò Copronymus, verùm & Neſtorianus, & Magus fuit: &, ſicut luſtrales Baptiſmi aquas, dum tingeretur, ſtercore ſuo inquinavit; ita Eccleſiam Orientalem impiis Neſtorii & Iconoclaſtarum furoribus plurimum turbavit. Non longo poſt intervallo, Leo Armenus, Michaël Balbus, & Theophilus Imperatores, eandem Iconomachorum inſanierunt inſaniam; ſed, ut priorum duorum vitia, taceantur, Theophilus Judaicâ & Necromanticâ impietate fuit apud omnes infamis. Omnibus his, in eadem ſcilicet iniquitatis palæſtrâ, præluſit Julianus Imperator; qui Imaginem in Novo Teſtamento, ſerè omnium primam (quam Chriſto Servatori Soſpiratoriſque ſuo, mulier hæmorrhoiſſa (a) à ſanguinis fluxu curata, Paneade (quæ poſtmodum Cæſaræa Philippi dicta fuit gratiſſimi animi ergo poſuerat)

(a) Matth. 9. Marc. 5. Luc. 8.

ſti-

testibus Eulebio (a) & Sozomeno (b) demolitæ
 vâcordissimâ impudentiâ, suam, ejus loco, effigies
 substituit. Sed Julianus Imp. Apostata fuit; & quem
 admodum cætera Christianæ fidei capita, ipsumque
 adeo Christum Dominum, ita & Christi, sanctorum
 que Imagines infamis parabata oppugnavit; dignum
 qui primum in imagine illâ suâ, deinde verò equum
 in semetipso fulmen de cælo expertus, communi
 minum sepulturâ privaretur; quippe ut Nazianzenus
 orat. in S. Athanasium memorat, cadaver à terra
 sponte aperta fuit absorptum. Tantâ veterum Icono-
 clastarum sive impietate sive insaniâ, nihilo fuit
 centiorum levior, non modò Andreæ Carolini
 (qui, vel Luthero ipso improbante, Iconomachiarum
 primus Vitebergæ, Anno M DXXII instituit) verum
 & eorum, qui in ista Iconomachorum arena primi
 deludarunt. Primus in Prussia deploratissimæ le-
 incentor, fuit Paulus Speratus, qui (ut Joannes La-
 (c) cum Simone Grunau asserit, quod neque Miste-
 ra (d) neque Hennebergerus (e) diffiteri possunt,
 Luthero in Prussiam missus, Anno Domini M. DXXII
 pueros & plebem in sacras Divorum Imagines, in
 concione armavit. Ad istam desperatissimi hominis
 actionem, plus quàm Verrinam, quotquot aut de
 puli fece, aut de puerorum ludo aderant, tertiâ
 Dominicam, ut illi ajunt, *Invocavit*, sive primâ
 Quadragesimæ, feriâ. Templum Cathedralè irruerunt
 punct; Imagines atque statuas invadunt, pleraque
 dibus deturbant suis: neque parietes duntaxat, verum
 & Ar-

(a) lib. 7. hist. c. 14. (b) lib. 5. c. 21. (c) lib. 7. c. 1.
 pag. 4. 3. (e) pag. 213.

Hæreticorū in Lindenſem aliasq; Imagines per Pruſſiam furor. 197

& Aras ſpoliant; ipſasq; adeo de Altaribus tabulas, in quibus Chriſti Domini & Divorum pictæ effigies erant, revellunt. Quid deinceps iis factum ſit Imaginibus Regiomonti, incertum eſt, quia nemo rem literis exactè, ut video, prodidit. Proclivè tamen eſt arbitrari, haud aliter, quam vel *Riſemburgi*, vel *Salfeldia*, in *Pomelanienſi* Diœceſi; vel aliis in Ducatu locis, fuiſſe cultos. Qua de re, præſtat *Simonem Grumau* apud *Joannem Leonem* (a) ita ſcribentem referre. Anno eodem 1524. in nudinis *Riſenbergensibus*, in quibus omni generis homines confluxerant, Lutherani ſuas vires, & quid poſſent in Imagines *B. Virginis* aliorumq; ſanctorum, palàm oſtenderunt. Nam eis domum comportatū, propinabant *Scyphos*, & ut reſponderent bibendo, inſtabant. Quod cum non facerent, ſuper capita Imaginum liquorẽ fundebant, additis verbis probrorum plenis, qua ne *Ethnicus* quidem excogitaſſet. Cum verò ſolvenda compoſitioni tempus adveniſſet, etiam ab Imaginibus eo nomine pecunia repetitis vicibus petebantur. Earum ergo nomine, aliqui, qui ſolveret, ſolicitabatur, ita, ut ſi ſolviſſet pecunias, domum Imagines auferre poſſet. Reperiebantur homines agreſtes, qui ſolverent, & Imagines tollerent. Alia, pro quibus nonolvebatur, virgis aut etiam gladiis cadebantur, ac cum improperio pungebantur, ac denique exurebantur. Cum de hũ *Episcopo* relatum eſſet, laudavit, recteq; factum dixit; neque ſecus ab ſe fuiſſe inſtructos. Atque hunc in modum, plus quàm barbarã in ſacras Imagines, *Iconoclaſtarum* noſtrorum inſania, aut potius furore, levitum eſt *Riſemburgi*; quæ civitas *Prabuta* *Polonis* dicitur. Quid *Salfeldia*? quæ ejuſdem quoque

Episco-

(a) pag. 715.

Episcopi Pomesaniensis oppidum fuit? Audiendum est idem ipse Grunau loco proximè citato. Hoc anno, 1524. in autumnâ, Parochus Salfeldensis, iuxta honorem sui Evangelii, Virginem sibi desponsavit. Et, ut longè lateq; dimanaret fama, conatusq; iste Evangelicus aliis sacerdotibus exemplo esset, grande convivium instruxit, maiore convivarum invitato numero. Habebatur ibidem Monasterium Bernardinorum eleganter edificatum; in eo nuptias suas peragere voluit. Et, ne quid molestiarum pateretur, à fratre Episcopi Risenburgensis, cuius fides in Christus, concreditâ fuit, ut inde Monachi quasi hypocrite rusticis operam suam locare cogebantur. Peragebatur itaque convivium in Monasterio, coquebanturq; optima que fercula, fœco è siccis lignis, de Imaginibus & tabulis sanctorum, pulpitorum & sedilium extracto. Quis vel sanctiusquam talia audiit? vel extrema quæque meruenda sperare etiam in media barbaria potuit?

Cæterum, quandoquidem tanta alibi procella furor Iconoclastarum in sacras Divorum Imagines detonuit, quid putemus Lindæ, tum in cæteras, cum aderant, tum verò potissimum in admirandam illam Deiparæ, super Tiliam repertam Imaginem, à turba immani, & plus quàm barbara feritate patratam? Quantum illi ipsi, aut insanæ, aut rabiei hinc effugerunt, qui alibi vix tantillum continere cohibere eandem potuerint? Quò enim illa Lindensis Deiparæ effigies, omnibus, quæ in Prussia ulquam erant, beneficiorum meritis, & miraculorum gloria, & populorum religione, cultuque illustrior erat; tantum magis in eam sacrilega illa Iconomachorum rabie

ardebat. Poſteaquam igitur, & ſacellum, & ſacra Tilia exciſa ſunt, ad illam ipſam Imaginem DEIPARÆ, è Tilia jam ante proturbatam, veræ ſunt impiſſimum manus. Quo mihi loco, multò juſtius quàm olim Romano Oratori Actione 2. (a) in Verrem licuerit de erepto, *Segestania* in Sicilia civitati, Dianæ ſimulachro contra noſtros Verres expoſtulare. Fuerit enim ſanè, ut ille ait, *illud ex ære ſimulachrum, tum ſummâ atque antiquiſſimâ præditum religione; tum ſingulari opere artificioque perfectum;* at non niſi Dianæ, fabuloſæ nimirum Deæ, ſimulachrum erat: Lindenſis verò Effigies, majore et jam atque longè antiquiore præditum religione, veræ & Chriſtianæ, ut Cornelium aliàs docentem audivimus, Dianæ, hoc eſt magnæ Dei Matris ſimulachrum, non humano, ſed potiùs divino opere artificioque perfectum erat. Fuerit illud, eâ apud Segestanos religione, ut Segeltæ nemo, neque liber, neq; ſervus; neque civis, neque peregrinus fuerit repertus, qui illud ſignum auderet attingere; barbarosque à circo Lylybas advocatos operarios, qui, omnium ignari, ſuſtulerunt: quis non obſtupelcat, tantam in Pruffia repertam fuiſſe hominum barbariem, ut ſcientes ac volentes (ſi tamen ſcire ac velle poſſunt dici, qui furore atque rabie hæreticâ agitantur) non modò manus admoverint, ſed inſuper plurimum furori ſuo indulſerint.

Redactâ enim dictum in modum, Deiparæ in ſuam poteſtatem Imagine, non magnâ facinoroſiſſimis mortalibus amentiſſimisque, deliberatione opus erat, quo tandem pacto eam peſſundarent, cum nihil aliud

N

(a) lib. 2.

aliud

aliud manu, linguâ, animisque agerent, quam
 eam quocunque tandem modo perditum irent. Et
 quid eam aut ferro discindere ac discerpere, aut
 ignibus ustulare pararent, quibus geminus in pro-
 mo lacus, quo eam mergerent, quasi ultro se offer-
 bat? Et quamvis præ Denavio, multo esset minor
 que angustior Virbellus; ad hunc tamen, quia
 lentior, &, ad mergendam quam altissimè Im-
 nem, magis idoneus, sacrosanctam asportârunt
 nem; &, ne quando aut reperiri, aut ex aquis po-
 erui, quâ altiores stagnabant aquæ, eo Iconem
 nus de longinquo jactatam mergunt. Sed nimirum
 eadem erat illa Icon, quæ olim Rastemburgum
 rum atque iterum delata, remeare ad suam sedem
 ties potuit; potuit quocirca & nunc, iterum atque
 iterum, quoad supremo placitum Numini, de aqua
 emergere; & suum, licet in Tilia, nulla amplius se-
 esset, ad Lindam pro more locum repetere. Ne-
 aliter placitum fuit Numini. Voluit quippe magis
 aliquantum gloria, sacram Marris suæ Iconem delu-
 rare. Nam aquis injecta mergi nequaquam potuit
 quoque magis infra aquas impiissimorum jacta-
 tur manibus, eò emergebat atque eminebat in
 conatumque omnem Iconomachorum eludere.
 Quid ergo agerent? si æquè accensus igne focus
 adfuisset, atque illi furore atque insaniâ ardebant
 censi, Imaginem haud dubiè foco flammisque de-
 rendam injecissent. Occurrit interim, ut in paludibus
 loco solet, occurrit, inquam, lama sive lacuna non
 igua, luto & sordibus horrida: in ea scrobem, alto
 pedes egesta, ut credi par est, terra, altiolem facit

& sacram Iconem, intra scrobem quam altissimè potuit,mersam atque sepultam, terra, cæno, sordibusque desuper aggestis obruunt magis, quàm operiunt. Et jam victores, nihil nisi triumphum apud se agitabant. At sacrosanctæ Deiparæ Icon, nullâ vi, aut ope humanâ, è cænosa illa lama, & scrobe quantumvis profunda, sordibusque latè aggestis, facilè evasit; & ad pristinum Tiliæ suæ locum, qui erat acervus è ruderibus sacelli eversi aggestus, se recepit; multaq; circumfusam luce, ac splendore, sese iterum spectandam obtulit universis. Attoniti eo spectaculo pii juxta ac impii omnes, potissimùm verò immanissimi illi Iconoclastæ: qui demùm stupore in iram rabiemque iterum verso, sacrilegas iterum manus expediunt, sacram Iconem invadunt, & è sede illa revulsam, incertum, quo tandem aut loco aut modo planè pessundant. Creditum fuit quibusdam, vel flammis injectam fuisse, & in cineres versam; vel in partes minutim dissectam, aliquo loco abolitam. Neque tamen delunt, qui singulari DEI providentiâ adhuc servatam alicubi censeant; suisque temporibus, cum scilicet placitum fuerit Divinæ Majestati, revelandam, & tum solatio piorum, tum Ecclesiæ Catholicæ ornamento, tum denique novo iterum Prussiæ subsidio divinitus redhibendam sperent. Tamen si enim locus ipse, quo sacra olim Imago vixit, illa omnia, quæ præsertim olim Imagine præstabat, et jam nū præster, nullum tamen est dubiū, quin, ut cætera omnia ex æquo adsint, gaudium tamen & solatium piorum, ex ipso præsentis Imaginis conspectu, longè futurum sit cumulatius. Neque insolens aut novum est, sive sacra

Divorum Liplana, sive res alias sacras, etiam long
 tempore occultas, divinitus tandem revelari; ut nunc
 SS. septem dormientium, vel sanctorum Stephani, Ge
 malielis aliorumque exempla mittamus, sacrosancti
 Crucis Dominicæ Inventio, quam sancta Ecclesia
 singulari quotannis festo prosequitur, eximie docet
 Neque de B. Virginis Imaginibus exempla delin
 Statua, quam B. Virgo Toleti, in Ara maxima po
 tam, postquam S. Ildephonsus de se concionans
 veste cælesti donavit (ut in Idea Atlantis Martini
 pag. 93. memoratur) abscedens est arctè complexa, in
 entibus Mauris coli desit; nam Imago in puteo abscon
 tuit; dum, ex albis Mauris, reducti Christiani viderent
 sitatum splendorem puteo circumfusum eo tempore, quod
 Laudes canebantur. Quæsitâ & repertâ Imagine ab Episcopo
 po, comperit simul est eam esse horam, quâ olim e cathedra
 cathedrale Templum descenderat. Affine quoque est
 quod eodem loco, de Imagine B. V. de Mercede dicitur
 aliisque subditur. Qua de re cum iterum paulo post
 sit agendum, nos interim cum Ecclesia Græca, in
 Deiparam conversi, illud Menæorum, 30. Martii
 pemus. O intaminata semper Virgo, inimicissimi summi
 execrandi nobis videntur, qui Tuâ, Filiâ, Tui formam
 giem, detrectant adorare; propterea quod divinis mandatis
 nostrorum decretis non obediunt. (a)

(a) Ἐχθροὶ ὡφθησαν ἡμῖν καὶ ἐπαρσάλοιοι ὁμοῦ, τῆς
 ἀειπαρθενεῖς οἱ προσκυνεῖν μὴ θελοῦντες μορφῆς τῆς ἐκείνης
 καὶ τῆς ἡσυχίας, διὰ τὸ ἐκείνην, τοῖς ἀνάθετον πατρὶ
 θεοῖς δόξασαι.

CAPUT VIII.

De Excidii Lindensis, & tot tantorumque sacrilegiorum authore, qui etiam hominem videtur exuisse, inquiritur.

Si, quod proximè vidimus, Hunnericus Vandalarum Rex, in Visione divinitus facta, per Asinum fuit exhibitus; si Darius Medorum Rex per Camelum, Cyrus Persa per Mulum seu Semiasinum, eò quòd Regnum & Ecclesiam DEI vexarent, aut expilarent; denique si C. Verres ille Prædo Siciliae, Oratori Romano, ob Dianæ simulachrum apud Segestanos, aliaque idola alibi direpta, non voce duntaxat ac nomine, verùm & reipsâ *Verres*, seu potius *Everriculum Siciliae*, fuit appellatus; quo is tandem nomine erit appellandus, cujus manu, vel operâ atque imperio, non jam Dianæ aut alicujus idoli simulachrum, sed ipsa magnæ DEI Matris Imago attacta, direpta, ablata, & pessundata? Nunquid aut Verres, aut Mulus, aut Asinus erit habendus, quo duce & authore, Tilia Imaginis illius sedes, excisa; & ipsa denique *Ædes* tot populorum, seculorumque cultu religiosissima, est non violata duntaxat, verùm & funditus subruta? Hominem profectò non fuisse, illud evincit, quòd, in tot tantorumque facinorum, quæ hæreticus furor suggestit, feritate, ne tantillum quidem præ se tulerit humanitatis: ut, vel in illo, si quopiam alio, habeat locum, quod divinus vates (a) de Excidio vineæ, quæ Ecclesiam DEI significat, cecinit gemebundus; *Exterminavit eam aper de silva; & singularis ferus depastus est eam.* Symmachus pro singulari fero, legit

N 3

(a) Psalm. 79. 14.

legit & vertit, *animalia solitudinis*. Verè enim sacrilegus illa sceleratissimorum manus dici potuit, *animalia solitudinis*; quia non in urbibus modò, vel oppidiorum villis; verùm & in isto, quo sacellum Deiparae Lindensis vigeat, deserto prorsum loco, nihil aliud solitudinem & vastitatem reliquit; & non secus, aper de silva, isque singularis, sive, ut Helychius, & Gustinus, alii que apud Corderium legunt, *solivagus exterminavit, atque depastus est omnia*. Nam, ut Theophrastus ibidem ait, *valde destruit Vineam porcus, tam mansuetus ac communis fuerit: magis autem si silvestris & exilis, qui in montibus degunt. Quod si verò inter silvas solivagus fuerit, adhuc gravius malum inferit; non enim solum fructum attingit, sed plerumque etiam stirpem ac plantas ipsas, devastat & exterminat*. Et non exortus sacrilegus iste Lindæ Marianæ bustuarius, qui & pes quoque ac plantas ipsas; qui & sacellum Marianæ, & Tiliam stirpis subruit; & ipsam Deiparam super Effigiem omnino pessundedit? Nunquid idcirco & singularis ferus, & *Aper de silva*, proinde & Verus atque Everriculum, pietatis, religionis, quin & civilitatis humanitatis erit habendus? verùm retinuerit aliquid humanitatis, &, vel ad speciem, adhuc homo fuerit quis tandem ille homo? unde genus? quod nomen? quæ patria? status, conditio? Equidem, si Prædicatorum Annales consulamus, non dubitabit Mithras ipsum Albertum Marchionem Brandeburgicum primum in Prussia Ducem, tantorum auctorem lorum proclamare sic enim de Alberto (a) Martialis scribit. *Quem locum, unà cum fano, in summo loco*

(a) pag. 4.

e cenſu habuerat, olim tenebris Papatibus obrutus Prin-
 ces noſter; aded, ut pedeſter diſcalceatus, ac nudis pedibus,
 Romomonto ad illam Tiliam, peregrinationem quodam
 tempore inſtituerit; eiusdem fanum, non modò diruit, ac
 ſole aquavit, verùm etiam ſub mulctâ patibuli, peregrina-
 tionem ſubditis ſuis illuc interdixit. Atque hæc Prædi-
 cars, in honorem ſcilicet Principis ſui; verùm ego,
 qui non Alberto duntaxat, verùm & omnibus Sere-
 niſſimæ Domus Brandeburgicæ Principibus longè,
 quem vel Prædicans ullus cogitando æſtimare que-
 at; generoſiorem & ſanguinem & indolem ſcio inſi-
 tam; neque paulò antè induci potui, neque nunc, ut
 id facile credam, inducar. Nunquam ſe, de Electora-
 li Brandeburgienſium Principum familia, ad tantam,
 tamque ſacrilegam barbariem, immanitatem, quin
 & vilitatem quiſquam demisit, quantò minus Alber-
 tus? Qui, quanquam illo, quem à Luthero hauſerat,
 hæreton toxico, multum religioſi vigore animi
 enervârat, nunquam tamen, ſi naturam, & heroicæ
 proſapiæ ſanguinem attendamus, à majorum ſuorum
 ſtirpe, ita fuit degener, ut eam ſibi domuique ſuæ,
 qualem Prædicans inurit, ignominie, ſacrilegii que
 notam affricaret. Et potuit generoſus ille Alberti ſpi-
 ritus ac ſanguis, cùm aliàs non rarò, tum verò maxi-
 mè Brunsbergæ, quam Anno M. DXX. præter omni-
 um expectationem improviſò occupârat, palàm
 ſpectari. Tantùm enim abeſt, ut ſacris Imaginibus
 vimaliquam manum vé intulerit, ut etjam Templum,
 quo ad matutinas laudes, ipſo Circumciſionis Do-
 minicæ feſto propè omnis pòpulus confluxerat, mo-
 deſtè ingreſſus, præmiſſâ omnibus, potiffimùm verò

Magistratui amicâ consalutatione, pileum capituli detractum, Imaginiquê DEIPARÆ oblatum, relinquitur appensum feratur. Satis igitur defensus videtur contra Prædicantis Myslentæ calumniam Albertus Princeps: nisi fortè Ministrorum, quos gubernationi adhibebat, vitia, uti plerumque fit, ipsi affricentur Principi; cum præsertim illud non minus pertriturum, quàm verum semper fuerit; Per se nimirum facere eum, qui per alios facit. Qui primas Ministrorum partes apud Albertum initio, præsertim in agenda instruendaque novæ illius fidei causâ, Joanne Behm in 1. Orat. seculari (a) recensent fuerunt Georgius Polentz Sambiensis, & Eberhardus à Queir Pomesaniensis Pseudo-Episcopi. *Ita quos, ut idem (b) ait, tum præcipuus fuit Illustris Dominus Dn. Fridericus ab Heideck Francus, qui Alberto Marchioni in Germania versanti innotuit; quemq; secum in Prussia sumpsit: ejusque consiliis in multis usus est.* Didici è Sigisfrone Grunau Albertum Principem, in constituendo obtinendoque Prussiæ Ducatu Friderici ab Heideck operâ potissimum fuisse usum; jam è Behmio didici etiam in promovenda Lutheri secta adhibitam operam, ita ut sub ejus nomine liber Theutonici linguâ impressus Anno M. DXXVI. Regiomonti prodierit, quo Valtherum à Plattenberg Magistrum, & aliosque in Livonia Ordinis Theutonici milites, ad eandem invitavit sectam. Utrum porro hic ipse, quispiam alius, non tam Principis sui, quàm suorum nomine (quis enim nescit Ministros Principum plerumque non pro illorum imperio, sed pro libidine,

(a) pag. B. 1. (b) B. 3.

avaritiã suã moliri?) sacrilegas juxta ac violentas Lindæ Marianæ admoverit manus, ego in præsentiarum nihil habeo memorare. Fama, & quidem ad hæc usque tempora admodum constans est, Præfectum Rastemburgensem fuisse: de quo præstat Ciaritium (a) referentem, & simul illam, quæ apud Lindam Marianam gravissimè detonuit, tempestatem brevissimè perstringentem, audire. *Præfectus tum erat Rastemburgi, è præcipua nobilitate vir (nomen recepta passim fama constanter memorat) hunc graviter offendit, B. Maria Lindensis, apud pietiores Christi fideles, & vetustioris pietatis renaciores, in pristina sua sanctitudinis existimatione perseverare. Excanduit itaque homo, jam à vera fide latus, & ideo savus; in DEUM impius, in Divam Matrem Virginem contumeliosus; in rabiemq; ætus, manum conflat, involat, invadit, diruit, vastat; totamquæ celebris ac religiosi Oratorii faciem, in miserabilem informium ruderum Acervum redigit: admirandam illam B. M. V. Imaginem, ex Tiliaramis deturbat; in lacum Virbellum, qui proximus loco sacro adstagnat, abiicit, aquis immergit. Tametsi igitur fama, et jamnum sacrilegi istius Verris nomen loquatur, à me tamen illud par est non prodi; non eã tantum causã, quòd posterorum ac propinquorum honori consultum ex animo velim; verùm et jam quòd indignus sit homo ille, cujus nomen vel è calamio meo profluat; vel, si memoretur, et jam ora referentium polluat. Si enim eum, qui eadem, quã Alexander Macedo natus est nocte, Ephesiã Dianæ Templum succendit, indignum veteres censuerunt, cujus vel nomen posteritati proderetur, aut cujus-*

N 8

quam

(a) pag. A 5.

quam ore usurparetur; quidni indignissimum censeamus eum, qui non jam Dianæ fabulæ, sed divinisissimæ supremi Numinis parentis Ædem subruam Imaginem, & Imagini destinatam à DEO sedem Thiliam pessundedit ac perdidit? si quis tamen Erostrati istius nomen magnopere nôsse desiderat, vicinorum Præfectorum nomina in Tabulariis excutiat: neque enim alius inter præfectos, qui Theutonicorum Commendatorum occupârunt locum, prior censeri potuit, nisi qui in tanto sacrilegii tacinore primus tenuit.

CAPUT IX.

Excisâ Lindâ Marianâ, nequaquam excisa, quin potius intacta, & confirmata loci religio.

Perfrictæ omnino, aut nullius potius frontis, si oportet omnes ii, qui singularem cum alibi, nec etiam apud Lindam Marianam, populi Catholicam pietatem ac Religionem, non verentur Idololatram, illiberali sanè voce, aut potius immani, & quam meretricia, prostitutaque infania, vocare, enim res ita haberet, excisâ Thiliâ, perditâ pessundâque Deiparæ Imagine, hoc est sublato, ut illi invocant, idolo; everso olim ac solo æquato fano; tandem esse reliqui potuit, quod aut Idololatram Lindam evocare, aut coli ab iisdem Lindæ possent. Etsi bescite tandem, si potestis, ô miseri; atque vel ex religiosissima hac apud Lindam pietate Catholicorum aliquando discite; quam & vos naviter sitis impudentes, ac mendaces; & Catholici, etiam in Deipararumque cultu piissimè prudentes, ac verissimi religio-

religiosi. Quemadmodum enim Tilia succisa, Imagi-
ne sublata, eversoque sacello, nihil aliud, nisi supre-
mum Numen, colunt, venerantur, & adorant; ita,
cum illa salva essent omnia, nihil in iis, nisi idem Nu-
men adorabant, venerabantur, & colebant; adeoque
nunc quoque in Deipara, & Cælitibus, Deiparæve
aut Cælitum, signis, ædibus, Imaginibus, aut sacris
locis & Liplanis, nihil nisi *gloriosum in Sanctis DEUM*,
adorant & colunt. Quòd porro hoc, vel alio loco, id
majore pietatis sensu agant; aut potius, quòd DEUS
OPT. MAX. hoc potius loco quàm alio cultores suos
exaudiat, gratiaque & beneficiis suis cumulet, pote-
rant jam ex citato alibi S. Augustino (si vellent, ut
aliquando saperent) erudiri. Quandoquidem autem
hoc, quo Tilia stetit, & qui nunc quoque à Tilia no-
men habet, loco, DEUS sese mortalibus eximie pro-
pitium, ac largissimè munificum semper exhibuit, &
in horas exhibet; mirum non est, si & olim tanta ad
eum frequentia atque multitudine, populi semper
undique confluerint, & nunc insuper confluant.
Videtur enim quasi certamen quoddam, cum impie-
rate atque immanitate hæretica, instituisse eo loci
benignissimus DEUS. Hæretici quidem, non secus ac
ille, à quo hæreseos toxicum hauserunt, tartareus
serpens, calcaneo Virginis insidiando, honorem cul-
tumque ejus obterere niritur; at benignitas benefi-
centiaque divina, non modò sartam rectamque eo
loco Deiparam conservat; verùm etiam per ipsos
quoque adversariorum conatus, magis ac magis pro-
moveret. Hæretici, ut Deiparæ cultum, locique ipsius
religionem extirpent, sacellum & Tiliam funditus
excidit;

excidit;

excindunt, Imaginemque Deiparæ dissipant; at è diverso bonus DEUS, Imaginis loco, non tam oculis, quàm animis mortalium; reverentiam suæ Mariæ tantò majorem imprimit, firmioremque; quantò altius firmitusque hærent, quæ animis hominum, quàm quæ oculis duntaxat obversantur. Hæretici exposito, excisoque Lindensi sacello atque asylo, homines omnibus DEI & Deiparæ beneficiis orbare, adeoque omnes divinæ munificentiae fontes, ipsis everis sacelli ruderibus obruere, memoriamque eorum cum ipsa quodammodo terra eradere moliantur: at DEUS, cui, vel de petra ac silice aquas & flumina producere nihil est insolens, in ipsis quoque excisa Lindæ ruderibus, uberrimas gratiarum beneficiorumque suorum destinavit exhibere scaturigines. Neque minus, quàm destinârat, exhibuit. Sicut enim homines, quos verus illa pietas ac religio, vel ex ipsis Lindæ ruderibus, & squalore situque loci singulariter afflabat simul, & exhilarabat, nullis, quemadmodum jam dicitur, hæreticorum minis, strophis, aut suppliciis abterrerent, ne dicam arceri inde poterant; ita DEUS, non majora, certè prioribus paria, in loco, quantumcunque deserto, beneficia cumulatissimè largiebatur; ut vix ullus in excisa desertaque jam Linda, Lindam videretur jure posse desiderare. Quocirca homines, villæ, oppida, & provinciæ locum desertum frequentare, ut antè; preces supplicationesque facere, ut antè; vota, anathemata, & donaria perferre DEI, Deiparæque subsidia assatim experiri; celestibusque beneficiis cumulari ut antè. Nimirum aceruus ille ruderum, quem in medium sacelli locum

quo olim Tilia steterat, aggererant sacrilegi, quasi Aurifodina quædam piis omnibus fuit: ut, quibus egerent, quæque à DEO & Deiparæ poposcissent, inde quodammodo sibi eruerent: adeo, ut nemo inde voti impos abiret; nemo, si exteriorem loci ornatum, qui antè fuerat, amœnitatemque demas, quidquam præterea magnopere requireret. Atque hoc nimirum (ut ad divinam Regiæ vasis lyram numerosque canamus) nil propè aliud erat, quàm *sugere mel de petra, oleumq; de saxo durissimo*: evenitque hîc, latem in spiritu, DEI & Ecclesiæ Catholicæ filiis quod filiis Israël, ab Ægyptiis & Pharaone quondam oppressis (a) *Quantò opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur, & crescebant*; adeoque (quod ante præmissum fuerat) *quasi germinantes multiplicati sunt*. Desolatus ac desertus erat tum Lindæ Marianæ locus; at in eo veri filii Israël germinabant; & instar rosarum, inter illas veprium spinas, pulcherrimè efflorescebant: constringebant illam filiorum DEI in cultu divino libertatem, immanes illi hæreseon hæreticorumque ministri; nihilominus illi *crescebant*; vel potius, ut in Hebræo legitur, *erumpebant*; quia, uti Cornelius ad eum locum addit, perinde atque Aqua aut fluvius, quò magis arctatur & concluditur, eò majore vi & copiâ eluctatur, aggeres obicesque perfringit & erumpit; ita & olim filii Israël in Ægypto oppressi; ita postmodum Catholici omnes, Ægyptiacâ apud Lindam Marianam servitute, per Pharaonem Ministrosque Pharaonis inductâ. De qua servitute jam superest differendum.

CAPUT

(a) Exodi I. 12.

CAPUT X.

In excisa Lindæ Marianæ loco, ut Hæretici religionem quoque excinderent, furcâ & patibulo, in Deiparæ cultores ibidem defecerunt.

Quid ad istam Catholicæ pietatis religionisque, in Deiparæ cultu, constantiam, quid ad illam intra animorum sinus latentem fidei Orthodoxæ flammam, per exortos repente ventorum turbines altius multo latiusque se diffundentem, hæreticus furor Audi, & obstupesce! Stupenda prorsum olim fuit, qua ad abolendam Christi crucifixi, Crucisque illius gloriam, extirpandamque è Christiani populi animis pietatem, ferebatur Judæorum Gentiliumque infamia; de qua, præter Eusebium; de vita Constantini (a) Rufinum (b) Sozomenum (c) & alios, Breviatum quoque Romanum v. Non. Majas. Quo enim loco, in Calvariæ monte fixa Domini Crux fuerat, eo illi, ad tollendum Passionis & Crucis Domini cultum atque memoriam, collocârunt, marmoream Veneris statuam. Quo verò loco Christus Dominus è sepulchro gloriosus in Horto surrexerat; eo firmilachrum Jovis statuerunt. Denique quo idem Dominus, infans aliquando vagiit; eo impuri Adonis sive Thamuz Veneris amasii, posuerunt, signum. Perstabant homines egregiè fatui, se pietati honoris Christiano, eum in modum, itidem egregiè impolituros; si vel adoraturos, objectis idolis suis, à Christo suo excluderent; vel adorantibus, cultum suorum idolorum, etiam ad speciem quancunque afficerent.

(a) lib. 3. c. 24. (b) lib. 1. cap. 7. (c) l. 2. c. 1.

rent, Gentiles, inquit Sozomenus, qui Ecclesiam persecuti sunt, quoniam Christianam religionem delere & excindere omnibus viribus laborabant; idcirco eum locum, ingenti aggere superinjecto obruerunt. Quin etiam universo loco (tam sepulchri, unde Christus resurrexit, tum Calvaria) muro undique circumdato, eum pro suo arbitrio exornare ceperunt. Nam primam sternunt lapidibus; deinde fanum Veneris superextruunt; postremo simulachrum in eo statuunt; ad eum sanè finem, ut, & qui Christum in eo loco adorarent, Venerem viderentur adorare; & temporis diuturnitate, ut homines eum locum venerarentur, veniret in oblivionem. Non longè dispar fuit Iconomachorum nostrorum sive insania, sive immanitas. Posteaquam enim lubrica atque excisa Lindâ, populus Catholicus, locum nihilominus pari religionis pietatisque studio accedebat, minis primùm arceri inde cæpit. Verùm cum minæ haud procederent, adjecta sunt publica edicta, & intextæ edictis mulctæ, verbera, aliaque id genus supplicia. Neque tamen his moveri potuit aut etiam debuit, illa, quæ in Catholicæ Petræ Ecclesiæ, fundata firmataque est pietas. Quò igitur tandem verteret rabies & immanitas barbara? Ad Judæorum nempe artes atque ingenium. Eo ipso loco, quo Tilia steterat, vel certè ponè in vicina Lindæ area, infelicem statuunt arborem, ut non modò præsentibus aut propinquos inde arceret, verùm & cæteris omnibus (non sine insigni in Deum & Dei genitricem contumeliâ) extremum loci sacri horrorem & fastidium, incurreret, factum id memorant, illius ejusdem Præfecti Rastenburgensis voluntate, quia & imperio; tametsi Misenta, pro sua scilicet in

Pria-

Principes, etiam proprios observantiâ, id facinus plus quàm execrandum, Alberto Duci adscribat. Sic enim loco paulò antè citato garrit. Non modò fanum diruit, ac solo æquavit; verùm etiam, sub multa paribullis peregrinationem subditis suis illuc interdixit: hocque panno genere, inobedientes ac contumaces Idololâtras in hoc Ducatu, quotquot ad illum locum, cultus gratiâ, devenisse deprehendebantur, affecit: adeoq; suspendio puniri curavit, uti *Annales* perhibent. Sed & Hennebergerus, non aliâ est in Principem quoque suum reverentiâ. Juvet illum audire loquentem, & non Catholicorum tantum, verùm & aliorum à fide Catholica naufragorum, de singulari in B. V. Lindenlem (etiam dum in exilio, omnia situ (qualebant) fiduciâ accipiente luculentum admittere & audire Testem. Sic enim (a) scribit. Ad Lindam, Resselium inter & Beslacum stabat *Ædicula sacra*; in qua magna exercebatur idololatria. Serenissimus Marchio Albertus, cum in Papatu etiam haberet, peregrinationem eò, & quidem nudipes, Regimonto usque suscepit. Et haret virus illud in multis, præsertim qui vicinum Episcopatum accolunt, ita altè fixum, nequeant remittere; quin vel noctu accedant illuc, certè accendant, idolomaniamq; exerceant; et si fanum fundeversum sit, & accessus sub pana patibuli interdictus, ad que iam aliqui, suspendio, ea de causa plexi sint. Hæc de Albreto Duce Prædicantes: quâ fide (namque debita Principibus observantia non est opus discutere) ipsi ipsorum que alibi viderint. Ego vero plus hoc etiam loco de Brandeburgicâ, hoc est, de generosissimæ heroicæque Domus sanguine & in-

(a) pag. 261.

dole, in Alberro, quantumvis ab Ecclesia Catholica jam degenerare, reperio, quàm ut istam sibi, à furca & infelici arbore, eo potissimum in loco, satageret laureolam demerere. Magis quocirca iterum in Ciaritiâ sententiam concedo, qui & constante hominum fama atque traditione, & illustrium testimonio viro- rum, & recentiore superioribus annis memoriâ edo- ctus, Præfectum Rastenburgensem, illius molis e- gregium facit sive Ædilem sive Architectum. Sic enim (a) scribit. *Dum hoc modo in desolata B. M. V. sacel- li area in veteratæ DEI cultus, & recepta gloriosissima Vir- ginis Mariæ veneratio, apud homines non senesceret, sed speciosus quodammodo reiuvenesceret, tulit id indignè Præfectus ille idem Rastenburgensis, qui antea ac loco sacro manus impias admovent; atque exulcerantibus animum furis præcepit rapitur ad maiorem DEO contumeliam in- ferendam, & scelestiorem Virgini DEI Genitrici inhono- rationem irrogandam. Quocirca, ut hominibus ad Ædem Lindensem confluentibus horrorem iniiceret, fugam conci- ret, & à frequentatione omnino removeret, patibulari Cruce in religiosa loci sacri area erigit, facinorosumq; hominem infelici ligno suspendit.*

Cæterum, quisquis infelicem illam arborem, eo præterit loco, plantavit, non de ligno vitæ, sed aliunde semen futuræ plantationi sumpsit. Memoran- t Hebræi, Sethum, jussu Angeli, de vetita scientiâ boni & mali Arbore, semen accepisse; illud quæ sepulti Adæ ori indidisse, ex qua succreverit Arbor; de quæ Crux Christi, per quam Adæ peccata expiaren- tur, confecta postmodum sit: decuisse enim, ut in eo- dem

(a) pag. A 7.

dem ligno, quo Adam peccaverat, Christus ad peccatum lueret atque expiaret. Sit, quicumque bulæ (de qua in Prævio Salomonis (a) Pineda) loc esse potest; jam pro fabula reputari haberi que debet, si quis illius & similium Arborum infelicium semina, è novo Evangelii prædicantici sive horti sive Paradiso sumpta, vel potius illud ipsum Evangelium, quod ipsi *verbum DEI*, proinde (juxta D. Lucæ (b) parabolam) *semen* vocare debent, si fuerit. Quàm enim copiosè, istiusmodi apud Gedani proveniant arbores Disquit. Ubiq. xxiv. affirmatum monstratum est. Illud hic minimè prætereundum est, quod præ cæteris, Hennebergerus quoque Gedani evenisse memorat. Simul enim ac Luthe Evangelium, quinque Tritonum buccinis Anno d. xxiv. Gedani personuit; ilicò flores, sive fructus Evangelii prædicantici in ipso Gedanensi foro paruerunt, Furcæ nimirum, Rotæ & Gladii. *Parvulum*, inquit ille, *& Rotæ in foro positæ sunt, & gladium dem appensus*. Ecce quàm præcoces fructus, & gemmas sibi arbores; illud Evangelii prædicantici Gedani protulit! & quidem in ipso foro; adeo Bernardus Vapovius quoque memorat, *antè rium!* An hæc porro ultra terrorem Gedani proferant, haud satis constat; videndum igitur tempore quousque tandem Lindæ sit processum.

(a) lib. 5. c. 14. (b) Luc. 8. 11. (c) pag. 92.

C A P U T X I.

Patibulum Lindæ erectum, & homines in eodem ſuſpenſi, perpetuum hæreticæ crudelitatis, & graſſantis ubique Prædicantium immanitatis, monumentum.

Satis erat, ad barbaram hæreſeon hæreticorumque illius ævi immanitatem, ac feritatem arguendam, Furca, hoc eſt, infelix Arbor, in loco Tiliæ ſacræ plantata. Quid ſi verò jugulatos in ea homines dicamus? Et crederet aliquis, eo præſertim loco, jugulatos? Fortaſſe enim Hæretici, eorumque Mitiones, Miniſtri, inquam, ad terrorem duntaxat incutiendum, ar-cendosque ab eo loco mortales, illud lenitatis, & manſuetudinis, ſcilicet, ſuæ monumentum, voluerunt collocatum. At res longè ſecus habet: quippe ne ipſi quidem negant, ad ſuſpensionem uſque, & quidem plurimum hominum, ſævitum fuiſſe Lindæ. Ex Hen-nebergero paulò antè didicimus, aliquot eâ cauſâ, quod videlicet religionis ergo Lindam reuiſiſſent, ſuſpensionibus fuiſſe plexos. Sed & Miſlentam itidem audi-vimus referentem, hoc pœnæ genere, quotquot ad illum locum, cultus gratiâ, deveniſſe deprehendebantur, aff-ctos, ad eò, ſuſpensionibus punitos. Sive autem ipſius Alberti Ducis, uti Prædicantes aſſerunt; ſive ut ego quidem cenſeo, Præfecti Raſtenburgenſis imperio hoc fa-ctum ſit, parum intereſt; cùm liquidò conſtet, neque hunc, neque illum citra Prædicantium conſilia atque impullum, ad eam immanitatem unquam fuiſſe de-venturum. Neque aliud tanè à Prædicantium Evan-gelio exſpectandum fuit; quod ſanguinem ſive ipſe-ſt Lutherus aſſerebat. Neque ſecus accidit, ſe ciſ-let;

let; si facultas agendi fuisset. Quid enim aliud sperat illa ad Silvestrum Prieratem effata, quæ Tomo Witemberg Anno 1554. per Joannem Lufft contententur? *Si fures laqueo, latrones gladio, heretici flammis plectuntur; quidni potius in perditissimos hos Doctores Pontifices, Cardinales, Episcopos, & universum Sodalitatem Romana examinem, manus & arma expeditimus, & in sanguine eorum manus nostras lavamus; atque ita nos posteritatem nostram, maximis ac periculosissimis flammis eripimus?*

Ad hoc Lutheri, vel tanquam Patriarchæ exemplum, vel tanquam Ducis classicum, vix aliquis in nostrorum fuit, qui non furcas, patibula, gladios, & genus, Evangelii scilicet sui fructus, ore, calamitate vibraret; vibraturus utique etiam manu, si facultas non defuisset. Certè Joannes Sturmus, ab eorum tribu minimè alienus, veritate ipsâ, atque exemplorum suorum convictus, non potuit committere; quæ in sua ad libros Buceri præfatione, palàm exararet, *si cederet, statim crudelissima sequerentur condemnatio tonitrua, fulgura, fulmina.* Quando igitur facultas hominibus deest, vota nihilominus deesse non possunt. Et vide, quælo, quibus rem agant, & Catholicos duntaxat, verùm & in semetipsum Calviniani Heidelbergenses, Lutherani è Palatini Provinciis, variâ arte tandem exacti, quid eorum, hominum scilicet sibi amicissimorum in Palatinatu uspiam resideret, post varias ultroque habitas deliberationes, pronuntiârunt, *perminuendos esse.* Atque in eum finem, teste Ad

Contzen de Unione cap. 14. (a) conclavi ipsius Casimiri carmen, quod sequitur, affixerunt:

O Casimire potens, servos expelle Lutheri!

Ense, Rota, Ponto, Funicibus, Igne neca.

Ita quidem universi simul in concilio; ita quoque Minister Aulico-Palatinus, tum alibi tum in gynæceo; qui (ut ex historia mutata in Palatinatu religionis edita, idem Contzen (b) docet) disertissime pronuntiabat; *se, si Casar esset, Ministru Lutheranis caput omnibus amputaturum esse.*

Ad hæc Calvinianorum vota, quid tandem Lutherani, tanquam Arcades, ex æquo, & cantare & respondere parati, reposuerunt. Memorat Grynæus, contra Jacobum Andræ, eodem Contzenio, loco citato, teste, scriptitans, *Lutheranos ex aquo vini, ac sanguinis Calvinianorum inexplebili siti ardere; ideoque Ministros eorum, in Palatinatu sub Patibulo exauctorasse.* Idipsum testabatur Casimiri Palatini Administrator, qui Lutheranis exprobrare solitus erat, *ipso non quidem scribere, sed proscribere solitos.* Mitioris inter Lutheranos ingenii semper habiti sunt Philippus Melancthon, & Erasmus Alberus; & tamen istius, teste Contzen (c) de Carolstadio vox erat, *illum, spiritam una breviorum fieri oportere; ille verò de Campano in Symposiacis Lutheri, eodem teste (d) edixit, Campanum, in illustri & tralucente Patibulo illustrandum.*

Ita etiam mitissimi inter Prædicantes, vix aliud, quàm Patibula, Gladios, Rotas, & quidem erga suos fere contribules in votis habent! Quæ isti non faciunt in

O 3

Catho-

(a) pag. 155. & 350. (b) pag. 157. (c) pag. 162.
(d) pag. 316.

Catholicos vota ? imò, cùm vel tantillum adest fa-
cultatis, quæ non designant facinora ? Plena sunt es-
emplorum. *Theatra crudelitatis*; aliaque quàm plu-
ma volumina, ut hîc minimè opus sit vel pauca addi-
cere. Unicum tamen par votorum, quia intra Reg-
Poloniæ fines sanctè conceptum, præterire non de-
beo: alterum quidem Lutherani, Matthiæ Stoy, Me-
dicinæ apud Regiomontanos Doctoris; alterum ve-
rò Calviniani, Andreæ Volani, qui Ministrorum
Lituania habitus est Alpha. Atque hic quidem
quemadmodum in Anatomia libri ejusdem Volani
doctissimus Andreas Jurgievicius Canonicus Vi-
lensis demonstrat, & Jesuitis Rogos atque ignes,
ipsi Jurgievicio fustes & fustuaria, plagas & verbera
insuper & Restem, proinde & Patibulum atque Fur-
cam, pro Evangelica scilicet pietate ac lenitate, præ-
catus est. Jam verò ille alius, non utique medicorum
de minuendo humano sanguine aphorismorum in-
memor, quæ non pro Aloysio Lipomanno Apo-
lico in Polonia Nuntio vota, tum animo concu-
tum calamo effudit ? scripserat Lipomannus ad
latinum Vilnensem Nicolaum Radivilum Episcopum
lam, quam, cum ejusdem Palatini Responso P-
Vergerius Apostata, typis Regiomontanis
1556. non sine quorundam Regiomontanorum
croamatis, in lucem dedit. Inter hæc, extat adhuc
legia hoc titulo: *Omen Matthiæ Stoy, Philosophi
Medicinæ Doctoris*. In qua hunc in modum canit:

*Sed Lipomanne dabis, si me non omnia fallant,
Penas: ultor erit primus & ipse Papa;
Dum malè perfunctus Legati munere, Roman,*

Vt decet, in seruo vincite traheris equo.

Antè sed, & statuens tibi grata Polonia Furcas,

Hæc curâ poterit, forte levare Papam.

Sic iste Prædicantium spiritu plenus, nil humile,
sed Furcas & id genus, sublimia omnia, prædicanti-
cè spirat; &, quam ex Prædicantium Evangelio hau-
serat, gratitudinem, eodem spiritu, vel potius impu-
dentiâ prædicantiâ grata scilicet Polonia tribuit:

Neque segnius eadem, aut iis similia vota ad eun-
dem Palatinum Vilnensem ingeminat:

Tu verò Radivilonum decus, inclyte Princeps,

O generose Tua sanguis, amorque Domus!

Adfere divini verissima dogmata verbi,

Quâ debes dextrâ vindice, quaq; potes.

Me verò hæc alacri fer classicâ voce canentem?

Quâ salâ potui parte venire Tibi,

Atque utinam liceat! quoniam libet esse in iis dem

Partibus, in quas hæc nuda Thalia volat!

Non timeam calamum vocemq; in fata Papatus

Stringere, dum nequeo fortis ad arma manum.

Nimirum haud longè positus Lindâ erat Stojus,
& vel oculis coram, vel certè auribus Regiomonti,
Furcam illam, seu patibulum Lindæ positum, su-
spensosque inde mortales usurpârat; ut, vel inde, di-
gnos Evangelio isto spiritus sumpserit, quos deinde
in versum chartamque effudit: effuturos profectò &
in venas nervosque Catholicorum, si potestas vo-
luntati respondisset.

Eant nunc, cum suis, Prædicantes; &, vel Inquisi-
tiones Hispanicas, invidiosissime, pro more suo qua-
si in scenam producant; vel suorum lenitatem pecto-
rum

rum nundinentur ; vel denique ovillam, ut de
 Christus ipse vaticinatus est, pellem lupis præce-
 dant : nos illis paucissima, cum S. Augustino lib.
 contra Petilianum (a) & Epist. 48. ad Vincentium
 hoc loco reponemus. *Savire vos nolle dicitis, ego
 posse arbitror. Vbi enim potuistis, & non fecistis!* Inde op-
 ditis, quod plura faceretis, si possetis. Et fecerunt, si qua-
 do potuerunt; uti vel in cæde Nicolai Ruscæ Sond-
 ensis, apud Rhætos Archipresbyteri, Anno M.
 xviii. patuit. De qua præstat adire Fridericum Fe-
 nerum Suffraganeum Bambergensem libro i. cap.
 Palmæ triumphalis. Ego in rem præsentem addi-
 ro, quod amicus, Burmio ad me 3. Januarii præsentis
 Anni 1656. peregrinationem suam pertextens, scribit
 Tirolim, inquit ille, à Grisonibus, post Toyveis una diste-
 minat fossa. Fines Tirolenses erectam habent Crucem,
 adverso Grisones ex opposito Crucis in suis finibus habent
 erectum patibulum. Hoc nimirum insigne ac monu-
 mentum est Evangelii prædicantici.

CAPUT XII.

Excisæ Lindæ, & Patibuli in ejus loco erecti author, miro, & re-
 no supplicio divinitus castigatus.

Vetus est verbum, etiam Plutarcho usurpatum
serò molas Deorum molere; quia laneos, ut alii
 verbum tert, *Dii habent pedes.* Plerumque enim
 dicta divina seriùs multò, quàm mererentur, imp-
 tangit. Evenit tamen interdum etiam id, quod
 rarius (b) canit:

*Rarò antecedentem scelestum
 Deseruit pede pana claudo.*

(a) cap. 83. (b) lib. 3. ode 2.

Quod cum cæteris soleat accidere, tum iis maximè, qui vel sacrilegis manibus Tempia, vel impiis dogmatibus Ecclesiam DEI polluerunt. Ut enim Heliodorus, in ipso sacrilegii æstu, atque loco, pœnas dependit (a) & multis flagellatus in terram cecidit; ita plerique hæresiarcharum, acceleratis, et jam in hac vita, castigati sunt suppliciiis. *Simon ille Magus*, non tam alis, quàm vano auræ popularis vento, juxta ac dæmonum operâ, in sublime elatus, ad orationem Simonis Petri, Apostolorum Principis, collapsus ad terram cecidit; vel potius ad illam à Christo excitatam Ecclesiæ Petram collisus, fractis primum tibiis, magna cum ignominia mox obiit, teste Arnobio (b) contra Gentes. *Arrius* disputationis causâ ad Ecclesiam progressus, ex itinere, levandi ventris causâ secessit, & S. Athanasio orat. 1. contra Arrianos teste, animam simul cum visceribus, in latrinam effudit. Nestorius, Evagrio teste (c) miserimè interiit, impiâ linguâ à vermibus fædè corrosâ. Quid aliis horum similibus evenerit, apud Bellarminum libro 4. de Ecclesia (d) videri potest. Ut istorum numero atque collegio accenseretur impiissimus Lindæ Marianæ vastator, divinæ placitum fuit providentiæ, simul & justitiæ; neque enim deseruit scelestum pede pana claudo. Eodem propè momento, quo erectâ ad Lindam Furcâ & patibulario in eadem suffixo, de sacello, hoc est, de illa Deiparæ Regia, de quæ ipsa Deipara, ut sibi videbatur, jam victor, elatâ illâ mole, quasi curru quodam triumphali, in aëra sibi visus est evehi, divina

O 5

de ho-

(a) 2. Machab. 3. 25. (b) lib. 2. (c) lib. 1. cap. 7. (d)

cap. 17.

de homine impio Nemesis, uti par erat, triumphavit. Rem diuturno, & constante omnium sermone firmatam, Ciaritius ex fide hunc in modum (a) percenset: Degebat tum Praefecti illius filius in Gallia, Regumque militaribus ordinibus adscriptus stipendia merebat; cum pater in D. Virginem Lindensem omne genus impietatis exerceret. Accidit verò, justo DEI iudicio, quamvis occulte, ut iuvenis castrensi licentiâ, enorme quoddam facinus committeret. Raptus, Tribuno sistitur, obnoxius crimini conuocatur, & funis nodo eliso gutture, infami arbori miserè templò appenditur. Et quò certius acriusq; divina indignationis, in patrem sacrilegum, liqueret esse telum; eodem planè die, eodemque tempore, filium infamè carnificis manu evectum perdidit; quo ipse sacrum hunc Divae Virginis locum, patibulari furca violaverat, & ferali hominis morte incessaverat. Non longè post, perferuntur ad illum ex Gallia litera de probroso filii interitu nuntiantes. Ille maximo dolore & luctu auctens, qui paulò antè superbo elatus colorem quasi DEO triumphato, Beataque Virgine Matre ad vitam ductus, incesserat; iam humi stratus, tristem domus fortunam, & sempiternum dedecus, ex illatibili filii morte lugere compellitur. Hocque illi cor mastum, violentè irrequietius cruentavit; quòd (cum dies computat & horarum momenta componit) reperisset, eodem omnino die, eodemque temporis articulo, filium patibulari morte multatum, quo ipse piaculari cruce locum sacrum Matris Linda contaminavisset. Lenta quidem esse solet divina vindicta; at tarditatem, gravitate supplicii pensare conuocavit. In hoc præpropèra fuit; cum in scelestum recenti aditum crimine furentem, tam atrociter desavierit, pondusque supplicii

(a) pag. A 8.

supplicio addiderit, ut extincto filio, quem unicum suscep-
erat, omni quoque generis propagatione sit orbat. Docu-
mentum mortalibus, ne licenter aded, impunitatis spe, in
DEUM caligine Reginam bacchari pergant. Quam ista ex
vero sint à Ciaritio narrata, constare vel inde potest,
quòd infame illud patibulum, quemadmodum præ-
ter spem, apud Lindam subito apparuit, ita videri
postmodum subito desit. Quippe Præfectus Neme-
sin illam expertus, ac, ne quid insuper gravius in se
designaretur, veritus, amoliendum inde quantocyus
curavit. Qua etiam de re, juvat eundem audire nar-
rantem Ciaritium. Quandoque felicior est peccator, si ce-
leri pena percellatur: in se nimirum descendit; & aut pe-
nitus criminosa vitæ labem deserit; aut minimum remissius
delinquendo insanit. Istud hic factum advertite. Non ejecit
sanæ sacri loci temerator ex animo virus illud, quo turgi-
dus, tam horrendo se facinorum reatu impiaverat; tamen
pudenda filii morte emendatus, mentisque lemmi restitutus,
atque metuens, ne graviora caelestis iracundia supplicia in
se concitaret, funestum illud patibulum evelli, & quanto-
cyus è loco sacro abiici gemebundus mandavit. Ita pisca-
tor hic lapuit ictus: ita plurimi alii, ut suo referemus
loco, facti sunt meliores pl. igit Phryges.

CAPUT XIII.

Prædicantes, & quidam alii, de vicino Ducatu insolentiores, cultum
divinum in deserto Lindæ loco impedire nequidquam
conati.

Castigato ad eum, qui dictus est, modum, Ra-
stemburgensi Præfecto, poterant imò debebant,
exemplo illius sapere alii, uti diximus, Phryges. Et sa-
puit-

puissent profectò non pauci; nisi Prædicantes, quod de iis ab Apostolo (a) singulariter dictum est, *inreprobum sensum dati*, ut aliorum quoque sensus occalescerent, perfecissent. Quocirca, ipsi in primis, tum ignavissima quæque, ac væcordissima, tam de oppidanis, quàm de ordine equestri, ipsorum mancipia Catholicos, desertum Lindæ Marianæ locum revertentes, variè incurfare atque vexare, plus quàm integro seculo, vix unquam destiterunt. Et, ne id contra jus & fas omne agere, hoc est, ne sine ratione insurre sibi viderentur, rudiorum oculis glaucoma quoddam, è Provinciali Ducatus Prussiæ jure, conantur offundere. Fabulantur enim ut væcordissimo cuique os, quocunque tandem modo, sublinant; Ducatum Prussiæ, non politico duntaxat, verùm & Ecclesiastico, eoque prorsum novo jure, ita gaudere, ut nulli Catholicæ Religioni amplius in ea parte Prussiæ relictus sit locus. Quod, ut Mislenta in *Manuali*, veluti speciem quocunque modo obtineat, in omnes partes versando ira jactat, ut non tam disputator agere velle videatur, quam juratum & Ecclesiæ orthodoxæ, quin & inclyti Poloniæ Regni hostem, potius perduellem. Ausus est enim homo planè fanaticus, non modo (b) *Panoletiriam seu totale exterminium Religionis Romano Catholicæ ex Ducatu Prussia* serere; verùm & Jura, atque serenissimorum Poloniæ Regum tum edicta, tum pacta cum serenissimis Electoribus Brandenburgicis, in causa Religionis Catholicæ firmata, plurimis (c) impugnare. Verùm illi, illius que sociennis aut parastatis, abundè occursum

(a) Rom. I. 28, (b) pag. d. 3. & seqq. (c) à pag. 1.

21. Disquisitione Ubiquisticâ, cæterisque eam consequentibus. Interim sciant, ac tandem aliquando Prædicantes, Prædicantumque mancipia discant; principiò quidem, nulli in Ducatu Prussicæ religioni, nisi Catholicæ primas esse datas: deinde *Confessione Augustana*, sed nonnisi primigeniæ atque invariatae, secundas esse partes relictas; sed ita relictas, ut non *absolute*; quemadmodum vulgo dicitur, ac per se, sed *permissivè*, & per solam indulgentiam, Catholicorumque tolerantiam, aut conniventiam locum habeat; neque (ut ad Apostoli mentem loquamur) *Confessio illa*, tam *Saræ* liberi Isaac, quàm *Agar* Ismaëlis servi, mater audiat. Ad hæc sciant, jus omne Catholicis esse, non tantum ritu Catholico ubique in Ducatu vivendi, verum & ad Catholici ritus usum atque exercitationem, Tempora, sacella, Aedes sacras atque Oratoria in suo fundo ædificandi; aut jam olim ædificata, ad eundem casum reducendi. Denique ne illud, quod maximè interest, amplius ignorent; eodem illo ipso Jure Prædicantibus, Prædicantumque servis, frænnum ita injectum, ut ne hiscere quidem contra debeant; tantum abest, ut, aut intercedere jure, ac prohibere; aut calumniarum, probrorum, maledictorum, aliarumque criminationum & convitiatorum plaustris, pro suo more, in Catholicos possint invehi. Et tamen, quid non illi toto, quo deserta ligualebat Linda, seculo egerunt? imò, quid nunc quoque non agunt? Ex iis, quæ et jamnum designare solent, pronum erit, quid retroactis egerint temporibus, divinare: multò enim plus insanix, ac proterviæ tum iis inerat, quàm (quando novo restauratorum

Fcu

Feudorum jure, tanta sunt iis capistra imposita) ad
 huc inesse queat. Cùm igitur nunc tot modis in Ca-
 tholicos, præsertim in Dei ac Deiparæ religiosos a-
 pud Lindam Marianam cultores, maledictis, & pro-
 bris, etiam pro Concione jaçtari solitis, bacchentur,
 quid dudum antè fecisse putandi sunt? Quid enim
 nunc, vicini præsertim Ministelli, in ore, quàm Lin-
 densem Idololatriam habent? Hanc illi è pulpitis ro-
 strisquæ suis pro concione despuere; hanc in privati-
 congressibus, tum plebi, tum primario cuique, odio-
 siorem, non sine maximo scelere suo, detestabili-
 remquæ reddere; ab hac denique omnes quæ consi-
 liis & strophis, quæ precibus & affusis Crocodilli la-
 trymis arcere. Si hæc parum procedant, tum enim
 vero, dignas unusquisque suo *Iove concipere iras*, & ad
 minas, imò & ad diras, denique & ad fulgura, ad to-
 nitrua verti ac fulmina. Nam & verbis in nobiliora
 & in plebem pecuniariis multis, carceribus item ac
 vinculis, ad extremum verberibus quoque ac cor-
 porum cruciatu, quoties facultas aut potestas est, la-
 vire, non est, neque olim fuit iis insolens. Testes, præ-
 ter quotidianam fere experientiam, omni excep-
 tione, in hac præsertim causa, majores habemus ip-
 sos, quos paulò antè citavimus Prædicantes; nunc
 alter disertè ait: *Etsi fanum eversum sit, & accessus
 panapatibuli interdictus, adeòq; aliqui suspendio tam
 de causa plexi, homines tamen remittere non posse, qui
 vel noctu accedant, &c.* alter verò, *sub multa*, inquit
 panapatibuli peregrinationem interdictam, eoquæ gene-
 re pœnæ inobedientes idololatrias affectos. Et quæ al-
 causa religiosos homines adigit, vel etiam nunc in-
 terdat

terdum adigit, ut vel *Noctu accedant, cereos a cendant*; nisi, quia omni Prædicantium conatu, & tum æris, tum corporis mulctis, supplicis que, quò minus interdici, & commodo sibi tempore id agant, prohibentur? Ea nihilominus hominum est constantia, is religionis erga Divam Lindentem, animique ardor, ut sæpe malint extrema quæque perferre, quàm se a lylo (in quo, tot ac tantis animi corporisque muneribus cumulantur) aut excludi, aut etiam prohiberi. Quod quàm sit verum, plurima, quæ quinto potissimum libro afferentur, exempla docebunt; eorum præsertim, qui sub jugo adhuc Prædicantium in Ducatu gemunt. Si enim palàm accedere iis non liceat, vel per mæandros ac labyrinthos Lindam penetrare satagunt. Qua de re paucis capite sequente agendum nobis erit.

C A P U T XIV.

Non solum Catholici, verùm & ipsi, præsertim in vicino Ducatu, ab Ecclesia Catholica sejuncti, desertum Lindæ locum frequentant; & ipsâ adversariorum oppugnatione, magis erga loci venerationem cultumque DEIPARÆ incitantur.

Quod de stygio Tenebrarum principe, ex mente Gregorii, divinus vates Jobus (a) juxta editionem lxx. dixit, *Myrmicoleon perit*; de ejusdem Principis satellitibus ac Ministris, dici universim potest. Rectè, inquit ille (b) *Myrmicoleon, id est, Leo & formica dicitur antiquus hostis; quia sicut contra consentientes fortis est, ita contra resistentes debilis. Si enim eius suggestionibus*

(a) cap. 4. II. (b) 5. moral. c. 17.

bus assensus præbetur, quasi Leo tolerari nequaquam potest: si autem resistitur, quasi formica atteritur. Alii ergo Leo est, alii formica; quia crudelitatem illius carnaliter mentes vix tolerant; spirituales verò, infirmitatem illius pede virtutis calcant. Eundem prorsus in morem, satellites ipsius ac Ministri, Leones esse ac videri volunt, & interdum quoque sunt; sed nemini, nisi autem terræ & cæni, aut ad carnis & ventris cultum perstumque abjecto; hoc est, non nisi vilissimo, væcundissimo, ac sordidissimo cuique. Nam iis, qui aliquando generosæ stirpis, ac spiritus indolis vè habent, nihil aliud, nisi Formicæ sunt. Patuit hoc & in istis, quibus de agimus, ad Lindam Marianam velitationibus. Si quos enim, in Martio illo campo, invenissent degeneres, facile Leonem mentiti, ad sua antea pecus ignavum abduxerunt; sin verò in constantiori animi pectus incurrissent, jam è leonibus vidissent continuò formicas, non sine anxietate humi prestantes. Atque ii quidem, qui è vicino Episcopatu Varmieni, vel aliis Catholicæ Ecclesiæ provinciis aut Diocæsi bus Lindam adventabant, non poterant vanas Myrmicaleonum istorum sive minas non terre, sive sannas non miserari. Sicut enim minis, nisi fulmina in pelvi jactabant; ita sannis suis, nihil nisi sacrilegam & blasphemam, in Deiparam cælestis quæ mentem, exhibebant. At verò ii, qui è vicinia Ducatu, aut locis furori Prædicantium utcumque solis noxiis Lindam itidem commeabant, quoad per vim modum licuit, palàm & apertâ luce, suum in Deiparam cælestis nuntium testabantur; sin vis urgeret, noctu, & per tenebras, quâ tandem licuit, tanquam Nicodemi adreperdum

bant; atque illi, qui videt in occulto, in ipsius Genitricis cælitum que conspectu, sua ex animo vota redderant. Quod quidem etiam hisce temporibus faciunt, eò frequentius, quò magis Prædicantium minæ atque imperia evilescent, ac sensim pro merito, quasi subnervantur. Quemadmodum igitur olim factum, ita hodie quoque spectare licet frequentes è Ducatu, tametsi necdum ritè Catholicos, non modò locum Deiparæ sacrum adire; verùm etiam, ad Catholicorum morem, si sacramentorum usum demas, cætera propè omnia usurpare. Nam alii quidem cæteros manu præferunt (iisdemque in loco accensis, vel ipsum circumqua; sacellum, vel certe Principem sacelli Aram, venerabundi obeunt) alii nummulos, vel alia, pro more, donariola in sacelli usum offerunt: alii verò, & quidem frequentissimi, pecora pecudesque suas, ad locum sacrum adducunt, & minimum ter circa sacellum circumagunt; evenitque propè semper, ut, qui animantes morbo aliquo prostratas, aut vehementer afflictas deduxerant, sanas repente atque incolumes reducant. Quæ fere potissimum causa homines illos, cæteroqui minimè malos, & sub jugo Prædicantium graviter gementes, ad Lindam Marianam plerumque cogit. Memini ante viginti & aliquot annos, cum postliminio è Lituania in Prussiam reverterer, deque beneficiis Lindæ à D^{no} congeri solitis, adeoque & de ipsa Linda Mariana non admodum multa adhuc nôssem, ex ipsius Ducatus incolis non pauca illo itinere didicisse. Inter cætera, cum percontarer, an etiam ipsi locum nôssent, vel interdum frequentarent? diserte reponerant, se verò & nôsse,

nōsse, & frequentare quo enim aliò, in suis ac suorum angustiis, quàm ad illud, quod DEUS benignissimè aperuisset, asylum (ut ipsi agebant) sese reciperent. Cùm porrò amplius rogarem; nunquid à suis Ministris inde arcerentur? se enim vero arceri dicebant imò & minis, & variis multis, ac pœnis inde excedi: sed quid facerent, aut quò se verterent? quibus neque apud ipsos, neque apud suorum quenquam ullum à DEO subsidium, in præsentibus calamitatibus esset relictum? malle proinde se & minas, & cruciatas, & supplicia cætera insuper habere, quàm pati eo loco DEI beneficiis fraudari: simul etiam innotabant (quod & nunc haud rarò faciunt) se, si per aliquos quibus subiecti sunt, fas esset, ad Catholicam se revertebant. Atque hæc plurimi, quibus pietatis & animi plus aliquantò inest; qui verò in ministerio aut terroribus ita moventur, ut frequentius se aut accedere ipsi locum non possint, committere tamen non possunt, quin per alios eò recurrant, ut per eosdem vota ac donaria sua curent deferri. Hodieque in civitate viciniore, vidua Catholicæ nuioris quidem conditionis, sed pietatis non parva; quæ à plerisque tum agrestibus, tum etiam nobilitatis hominibus, mitti Lindam, eorumque anathemata deportare solet. Neque aliis in locis desunt, qui id suo, aliorumve nomine petunt faciant. Ita freudentibus, & nequidquam contentibus adversariis, DEUS locum, & in loco DEUS honorat; ut hic iterum usurpari illud Regis quis queat: *Peccator videbit, & irascetur; dentes suos*

mi, & tabescet. Desiderium peccatorum peribit: vel illud
jam citatum Jobi, Myrmicaleon periit.

CAPUT XV.

Deserti Lindæ loci religio & sanctitas, gemino apud homines
Catholicos prodigio egregiè asserita.

Plurimum interest, quo quis animo, quamcunque
in rem, spirituque feratur: nam & opus, quod in
oculos incurrit idem esse potest, & meritum nihilo-
minus mercesque operis, longè diversissima. Sic et-
jam in iis, quæ quâdam animi nausæ fastidimus, eve-
nire solet. Nam sunt, quæ alter pro conscientia tene-
ritudine, alter pro supercilio duntaxat, non admittit.
Non defuerunt inter Catholicos quoque, qui deser-
ti Lindæ loci religionem necdum satis (uti quidem
ipsis videbatur) asseritam, palàm exemplo authorita-
teque suâ asserere, magnæ sibi ducerent religioni: ne
fortè, uti non rarò ulu venire solet, plus alicubi de
anili superstitione, quàm de vera virtute ac sancti-
monia pierate asseritum irent. Quæ etiam causa fuit
Henrico Hindenbergio Cantori & Canonico Varmi-
ensi, ut non faciliè ea, quæ de Lindæ Marianæ, etiam
desolatæ, sanctimoniam ac religionem palàm vulgo fere-
bantur, persuaderi sibi pateretur. Erat ille non modò
severioribus disciplinis, sub magno illo Theologiae,
Theologorumque hujus ævi Doctore, Francisco
Soario, Romæ admodum excultus; verùm & gestis
in patria muneribus (nam & sub Cardinali Andrea
Bathoreo, & sub Petro Tilicio Varmiensibus Epi-
scopis, Cancellarium egerat, & sub Rudnicio dein-
ceps maximis quibusque negotiis adhibitus fuit)

P 2

gravi-

graviter perfunctus, ut non satis videretur de cetero tantum virum ad quamcunque vulgaris auræ famam commoveri, ne dicam inclinari. Interim tempus incidit, quo Simon Rudnicus, Episcopus Varmienis pro ea, quam semper Varmizæ suæ curam providentiamque habuerat, limites cum Ducatu Prussiz communes, recenseri, & constitui, per delectos partim ab se, partim à Duce Prussiz arbitros, satagebat. Multum ea res, tum ad ipsius Ecclesiz commotum ad pacem, quæ inter Provinciz utriusque populos, sanguine & cædibus nonnunquam fuit redimenda, pertinebat stabiliendam: ut gratiæ Rudnicio singulares à posteris agenda sint, qui & curâ industriæque suâ, & quâ apud Serenissimum Electorem Brandenburgicum Joannem Sigismundum, auctoritate propè paternâ, multum valebat, tandem de regundis pangendisque finibus controversas soloperit. In ea causa, cum inter arbitros Hindenburgius quoque delectus versaretur; jamque cæteri ordine finibus recensitis, Lindam versùs cum cæteri esset progressus, interpellatus à collegis suis est, quanquam desertam, vicinam tamen Lindæ Martianæ sedem unâ reviseret, & more majorum, pie raretur. Ille, qui aut plebeculæ superstitionem, aut eo loci suspectam habebat: aut, ne quid temere, aut bus præsertim sacris, aggredere, plus æ quod batur, comitem se tandem in viam dat. Ubi facti deserti area primùm in conspectum venit, equo, quovehebatur, calcaria animosè addit, in ipsum ultionis areæ locum, uti destinârat, unò cum equo evasit. Verùm equus, ubi proximè aream ventum est, sub-

immotus consistere, &, tanquam humi fixus, effectus
 hzere! cumque acrius identidem calcaria subderen-
 tur, promovit quidem tantisper gradum, quoad sa-
 celli Aream proximè attigit. Hic enim vero, ut loci
 videlicet dignitatem bellua testaretur, in genua po-
 plitesque repente procubuit, suoque herum exem-
 plo ad venerationem inclinavit. Neque herus cun-
 ctari amplius potuit, quin momento deflueret ex
 equo; atque ipse etjam in genua provolutus, DEUM
 & magnam DEI Matrem, eò majore coleret reve-
 rentiâ, quo majoribus jam stimulis erat adactus. Ge-
 sta sunt hæc, præsentibus omnibus finium regundo-
 rum arbitris, viris gravissimis, ex utraque Provincia:
 uti diximus, delectis ac delegatis; populi que, qui sive
 loci sacri visendi, sive finium, uti fieri solet, lustrando-
 rum causâ aderat, non minimâ multitudine spectan-
 te. Sed & ipse Hindenbergius, nunquam aut loci re-
 ligionem, aut DEI, & Deiparæ in se benignitatem
 destitit prædicare, quoad vixit; vixit autem maximâ
 apud omnes autoritate & gratiâ; quoad bello Sue-
 cico, in Traumburgen si castro (quod aliis Canonicis
 aliò dilapsis, ipse deserere noluit) captivus Elbingam
 à Gustavo ductus; inde que biennio adhuc superstes
 ad meliorem vitam & illud gloriæ æternæ Tem-
 plum, uti spes est, fuit translatus; exuviis corporis in
 Templo Langualdensi (eo siquidem ratione fundi
 paterni Wilcken dicti, pertinebant) depositis.

Non longo inde temporis intervallo, aliud, quan-
 tumvis deserta atque excisa Linda Mariana edidit
 miraculum, quod plerisque Resselienfibus, ad hanc
 usque diem, non modò in memoria, verùm & in

oculis versatur; quippe quod omnium oculos, quo
tempore emicuit, splendore suo quadantenus per
strinxit. Prætozem agebat Resselii perpetuum, vo
gus *Scultetum hereditarium* appellat, Dominus Fr
dericus Berendr, cujus etjam sequente libro facies
da erit mentio. Facile cæteris domi forisque autho
tate, gratiâ, & opibus antestabat; quippe, qui juve
tutem in magnatum aulis, magna cum industria
tutisque commendatione exactam, ætatis matur
ris gravitate ita ornabat, ut vel ab ipso euntis ince
& maturitate quadam in eo emicante, vulgari di
bio, de Friderici gradu, locus fuerit (a) is proced
ætate, usu oculorum privatus, fortunam suam gen
rosè tulit: at ubi filiulus Carolus, quem habebat
cum, gravi & periculosissimo depositus est morbo
ita ut remediis omnibus frustra consumptis, non
vita, quàm extrema pueri cum morte lucta &
quatuordecim integros dies tenuerit; miseram
parens, qui ereptum oculis cæli lumen, in unico
lo (quem luce ipsâ cariorem habuerit) utcumque
sarciebat, ne ea quoque lux sibi eriperetur, ad
luminis Matrem confugit, & votum, Lindam Ma
nam quantocyus visitandi, nuncupavit. Ne ve
jam minima in exolvendo voto mora, vel vitio
nuissimo jam filo pendentem abrumperet, vel
morbo, doloribusque filii, moram tempusque
duceret, accelerandum quàm maximè ratus, cum
ducem (qui cæcum in itinere regeret) tum vitio
mites non paucos, eosdemque apud DEUM &
param deprecatores futuros, quàm citissime le

(a) Friderich Berendts triit.

Ventum est, Lindam exiguo quidem sed admo-
 dum pio supplicantium agmine (nam & virgines,
 quæ in Conventu, communiq̄e convictu religio-
 sam, & certis, quanquam non solennibus votis ad-
 strictam vitam paulò antè Resselii inchoârunt, a-
 gmini erant adjunctæ) & vota cum à cæteris, tum à
 parente pro incolumitate filii rite peroluta. Et jam
 spem inter ac metum anxius domum repetebat pa-
 rens, cum ædibus appropinquanti, Carolus filiulus
 jam sanus, & ab omni proximi morbi periculo pro-
 sum immunis, lætus & exultabundus occurrit; non
 sine ingenti omnium admiratione aut potius stupo-
 re; nec minore erga DEUM ac DEIPARAM gratia-
 rum actione. Ita Fridericus restituto Deiparæ ope fi-
 lio, quem cum piissima illa Tobix Matre (a) *Lumen*
oculorum appellare potuit, ipsum quadantenus lu-
 men oculorum recepit. Idem enim Carolus, quâ erat
 pietate in parentē, et jam cum Brunsbergensis Col-
 legii scholas jam adolescens frequentaret, cæcum
 parentem, manu humero suo innixum ductabat.
 Brunsbergam enim, venditis Resselienſi civitati fun-
 dis, juxta commodissimè adjacentibus, se parens
 transtulerat, & fixa in ædibus Parochi statione, Tem-
 plum Societatis, in quo matutinum tempus omnino
 totum quotidie conterebat, filio ductorem ultro ci-
 troque semper agente, frequentabat; in quo et jam
 postmodum conditus quievit, quoad Suecico bello,
 avarus miles stanneo loculo, quem rapuit, ossa eje-
 cit. Porrò Carolus, uti P. Simon Hein in commenta-
 tiolo suo disertè scribit, *vixit adhuc Vormditi, cum hac*

(a) Tob. c. 10. 4.

per oculos presentesq; testes probata scriberem: led
 hodie, ut spero, vivit in Monasterio Olivensi Or-
 nis Cisterciensis, ad quod se uxore Vormditi defun-
 ctâ, jam pluribus abhinc annis, vitæ religiosius in-
 tuendæ causâ, recepit.

CAPUT XVI.

Primum supplicii genus, in eos, qui desertum Lindæ Mariæ
 contemnere, vel temerare ausi sunt, divinitus designatum,
 Terrores & Minz.

Pla fortasse videri potest vox, aut etiam mens,
 pii Apostatæ Juliani Augusti, qui Nicephoro
 (a) negabat quidquam fausti ac fortunati even-
 posse iis, qui Cybelen Deûm Matrem minus hono-
 rarent; pia enim vero & vox & mens est Rupertus,
 (b) Deiparam alloquens, *Tanta*, inquit, *es*, ut Te hono-
 ret ipse sol Christus honore, quo decet Filium boni
 parentes suos. Qui enim dixit: Honor a patre & matre
 non dubium, quin & ipse honoret, & ab omnibus amari
 velit honorari Matrem. Similiter & Methodius
 eandem affatus, *Euge, euge*, inquit, *qua debitor es
 habes, qui omnibus mutuatur! Deo enim universi debent
 Tibi autem etiam ille debet. Proinde, qui dixit: Honora
 trem tuam & matrem tuam, ut is decretum à se promissum
 tum observet, & alios excedat, omnem Matri & patri
 & honorem impendit. Qui igitur vult honorari
 trem, quidni jure animadvertat in eos, qui Matrem
 rogant honori? quidni, quemadmodû sapissimum
 bi, ita quandoque & Lindæ statuatur aliqua in eos*

(a) lib. 10. c. 22. (b) lib. in Cant. penult. (c) ut
 Purificat.

empla, qui neglecto DEI, Deiparæ, locique religio-
sissimi cultu ac reverentiâ, novos sese Gygantes orbi
spectandos exhibent? Pauca de multis exempla pro-
ducemus, sumpto à mitioribus, quippe quæ ultra Mi-
nas & Terrores non processerunt, exordio.

Mense Decembri Anni 1637. supremum clausit
diem Resselii, opificio Victor Wilhelmus Lebbert:
qui (quemadmodum P. Simon Hein Soc. Jes. in com-
mentarium retulit) moriturus de se palàm fassus est,
plures ante annos, cum iter aliquando ingressus squa-
lentem adhuc Deiparæ Lindensis aream præteriret,
nec quidquam, nisi acervum ruderum positum ante
oculos haberet, gradu propiùs admoto, vidit inter
rudera nummulos aliquot *Peelchen* vulgo dictos; quo-
rum usus admodum rarus nunc planè nullus jam
est; valor autem singulorum, dimidium æquabat se-
stertium. Terna ejuscemodi numismata aufert, & ita
captum prosequitur. Paucos post dies, eadem viâ re-
versus, videt miro splendore præeuntem ante se Vir-
ginem, & acervum lapidum versus procedentem.
Quo postquam venit, substitit; &, quanquam ver-
bum protulisset nullum, protensâ tamen ad reum
manu atque graviter minitabunda, visa est reo, quod
iple quoque fatebatur, tacitè dicere, cave, sis, ne
quando propiùs accesseris, ut aliquid hinc auferas; ne
fortè gravius tibi quid eveniat.

Valuerunt apud Catholicum pectus Virginis mi-
na; ut, cum deinceps viginti circiter annos vixerit,
nunquam Deiparam, nunquam sacrum Deiparæ lo-
cum, venerari desierit. Quin & apud Hæreticum, se-
cundùm perinde atque genere suo tumentem, sive Virgi-
nis,

nis, sive alterius fuerint minæ, plurimum valuerunt. Rem ita percenset Ciaritius.

Vir quidam Nobilis, in vicinia sacri loci habitans (nomen consultò tacetur) præteribat squalentem Marianæ Tituli Aream, eo tempore, quo patibulari Cruce illa adhuc esset debonestata. Solutus itaq; in risum, subsannans lat abatum locum sacrum dedecoroso patibuli tormento funestatum. Cumq; Chirothecis, quas manu gerebat, insultaret mirabundus; conspexit subitò mirabundus, Chirothecas sibi insensibiliter ereptas, è patibulo pendere; unaq; vocem exprovescendam audit; ne id ipsum tibi contingat, cave. Exanimatus fere metu, homo gradum corripit, & caelestium miraculo edoctus, religiosiorem se deinceps exhibuit loco sacro; jam si ipse vera religionis exfors maneret.

Memorat Fridericus Fornerus lib. I. (a) de miraculosis B. Virginis Weyerensis Beneficiis, notat, quod ille scribit, & admiratione dignum vetustatis testimonium, ad nostra usque tempora, circa Haslacense sacellum, à S. Ottone Bambergensi Episcopo, & Poterianorum Apostolo dedicatum, perseverans. Neque enim aut muro, aut fossis, ut complures in eo tractu, tincta est Ecclesia: quàm latè tamen ac longè, lustralia ad Ecclesiarum dedicationi, Apostolico ritu, adhiberi solent, terram aspersit, nulla planè Bestia sive domestica sive & sylvestris, transire aut solet, aut potest. Sed quid impellatur, ut terminum transgrediatur? Certa est, & millies comprobata experientia; aut ilico perit; aut utroq; lumine orbata excacatur; aut claudicatione, alio infelici eventu debilitata, prorsus inutilis redditur. Haud dissimile quiddam apud Deiparæ Linden

(a) cap. 4.

Adem evenire consuevit. Non illa aut muro, aut fossis cinctâ, quin excisa à sectariis fædè squalebat: & tamen Bestiis (quæ enim magis dici possunt Bestiæ quàm homines, vitâ & moribus feri?) vel ad ipsum sacelli deserti locum, haud facilis patebat aditus. Et si enim Deiparæ, cùm alibi tum apud sacram Lindam suam, bestiolas, quemadmodum lib. i. cap. ultimo, ex Revelatione S. Gertrudi facta didicimus, ad pallium suum confugientes, non modò admittat, verùm & manibus placidissimè permulceat; si quæ tamen feritatis necdum oblitæ, pallium Deiparæ non tam subire, quàm scindere parant; non secus, atque apud sacellum Haslacense, cæcitate vel aliis maculantur malis, ut, quæ neque minis, neque terroribus perdomari ad propriam salutem poterant, suo, ad aliorum commoda, exitio castigentur. Quòd si quando, eodem in loco non castigentur alibi tamen hoc ipsum, vel aliud supplicii genus vix effugiunt. Sub Annum M. D. C. X. in ipso Lindensi fundo piscator, Lutheri sectâ imbutus, degebat. Pro animi vel potius sectæ protervia, tempore Resselium iter ingressurus, candelas aliquot, inter sacelli rudera jacentes (sive ut venderet, sive ut ad pocula ganearum quæ mentas absumeret) sustulit. Haud longè inde aberat, & quæ à piscatore gerebantur, haud incuriosus spectabat Ecclesiæ Resselensis Aedituus; qui ubi Resselium unâ revertit, piscatorem, uti sacrilegii reum, ad Prætorem defert. Agebat illo tempore Prætorem, uti, & postmodum Consulem, Dominus Joannes Schultz, perillustris & adm. R. D. Laurentii Schultz Canonici Pultovient. & Præpositi Vilsnensis (qui hæc ore manuque suâ testatus

status

status est) parens : reumque ex jure & æquo conven-
tum, perurgeti finit. Ille, ut sacrilegis mos est, facin-
pernegat. Sed conscientiam, reum, magis quam Acto-
re perurgente, factum, ut candelæ sacrilegio ablata
occuli accelari amplius non valuerint. Ulro enim
ac suam quasi sponte, è sinu vel sacculo, quo abditæ
erant, prodeuntes aut potius prorumpentes, con-
scientiam jam victum, & pudore insuper gravissimo per-
futum, ad facti confessionem adegerunt. Fastus igitur
tandem, jussus est ablata piè restituere; & ut facin-
urcunque expiaret, quasi sacri cujusdam fanoris in-
star, tantundem insuper adjicere cereorum.

C A P U T XVII.

Alterum supplicii gentis in eosdem, cæcitas.

Qui hinc sequuntur, vix paria, ne dicam gravio-
rioribus videntur in locum sacrum admisisse. In-
gria; & tamen paulò graviora sunt experti supplicia
ut vel hinc pateat, ea, quæ è sacrilegii quasi fonte
promanant facinora, ab ipso quodammodo ortu
que scaturigine, quandam secum trahere gravitatem
ac fæditatem; cumque in se videantur leviora, nihil
tamen levioribus suppliciis divinitus interdum
stantur. Impura illa apud Ægyptios mulier (a) in
grum castissimo juveni Josepho pallium vi rap-
neque tamen tubitò ob id memoratur castigata.
Saul (b) sacrum Prophetæ Samuelis pallium non
hil laceravit, & regno protinus à Deo exiit. Ille
sacer textus ait, *apprehendit summitatem pallis; Et*

(a) Genes. 39. (b) I. Reg. 15. 17.

miel ad eum ait: Scidit Dominus regnum Israël à te hodie.
 Haud procul Jericho latrones hominem innoxium
 invaserunt, spoliârunt, & plagis impositis abierunt semi-
 vivo relicto (a) Abierunt patrata ac propè perfecta
 cæde latrones; at eodem fere loco *Achan* (b) *regulam*
auream & quædam de Anathemate Jericho furatus,
 lapidibus obrutus, & igne, unâ cum omni domo sua,
 absumptus est. Ad eandem justitiæ divinæ normam,
 in quosdam apud desertam Lindam sacrilegos, vi-
 detur animadversum.

Sensburgum oppidum est in Ducatu Prussiæ, Res-
 selio quidem trium, Linda verò duarum circiter ho-
 rarum spatio distitum. Eo cùm R. P. Jacobum La-
 choroski Societatis nostræ Provinciam Resselio
 comitatus, Anno 1638. die 24. Maji venissem, Geor-
 gius Polchor, ejusdem oppidi civis, aliique plurimi,
 qui ad ejusdem ædes convenerant, id, quod sequitur,
 tanquam omnibus in oppido vicinisq; pagis omni-
 no notum, me aliisque tribus de Societate coram au-
 dientibus retulerunt. Martinus, vulgo Tisehper di-
 ctus, opificio pellio, paulò antè defunctus; triginta
 circiter retro annos, varia, pro more, loca opificii sui
 exercendi gratiâ peragrans, Lindam delatus, cereum,
 quem fortè in sacro loco repererat, abstulit, & secum
 asportavit Sensburgum. E vestigio vindicta de cælo
 hominem comitata est. Vix oppidum erat ingressus,
 cùm oculis subito captus est. Amici interim, cognito
 hominis sacrilegio suadent, ut penitentiâ facti du-
 ctus cereum referret. Paruit ille; Lindam revisit, &
 continuò visum recepit.

Gemi

(a) *Luc. 10.* (b) *Iosue 7.*

Geminum huic prope est, quod Ciaritius hisce
 verbis perceret. *Caspar Piscator*, in proxima ad locum
 sacrum domuncula habitans, acceperat aliquantam pecu-
 niam ex acervo lapidum Mariana area; in usus necessarios
 illam absumpturus, & ludibrio religionem loci sacri habi-
 turus. Vix domum remeaverat, actutum consequitur sacri-
 legum hominem ultro. Subitâ cecitate ictus, animadvertit
 justè se sacrilegii reum panas pendere. Resipiscens igitur
 ducente eum uxore, locum sacrum furto violatum ad
 anathema restituit; divinum Numen propitiat; Virgini
 Matrem apprecatur; & prope visu restituto, uxoris doli
 amplius non indigens, castigatior & melior in casam sua
 reversus est. Certò factum assererat *Godofredus Baro*
Eulenburg Anno 1623. 13. Februar, sed *Demoni* ascri-
 bat. Non ab similibus illis, qui Christi Domini miracula,
 Belzebub Principem Damoniorum transferebant.

Neque dissimile est, quod, ad Nobilis viri *Chri-*
stophori Porruget narrationem, idem Ciaritius
 storia sua inseruit. *Matthias* quidam, è Villa *Lach-*
Hortulanus, sustulerat nummularios aliquot de loci sacri
 Cùm domum rediisset, subitò cecitate percussus est. Au-
 rit uxore ad dominum pagi, questum miserandum
 mariti. Ille, homo minimè malus, ubi vir fuisset, quid vi-
 set, ex muliere quasivit. Retulit mulier id, quod re-
 Mandat Nobilis, tantundem pecunia, quantum sub-
 fuerat, sumat, & praterea aliquantum addat: virum
 ducat; ut violatam religionem in loco delicti expiet. Te-
 qua consulebantur, mulier: & triduo post, visum per-
 virum recepisse gavisâ est.

CAPUT XVIII.

Tertium, & quidem gravius supplicii genus, artuum viscerumque cruciatus, vel ipsa etiam mors.

PROLUSISSE hactenus videri potest divinæ æquitas justitiæ, si ad ea, quæ jam referentur, quæque fortasse aliis, in locum Lindensis Deiparæ sacrilegis, irrogavit, respicere quis voluerit. Et quoniam proximum è pago Lachsdoja exemplum produximus, ad eundem cum Ciaritio pagum revertamur.

Ernestus Sartor, ut ille scribit, ex eodem pago Lachsdoja, rapuerat Coronulas aliquot cereas, quæ ad locum sacrum voto piorum delata fuerant; & domum reveniens, insolenter sese efferebat apud loci Dominum: velle se, inquit, aliquot noctibus, ad lumen sublatorum cereorum, futuram suam egregiè promovere. Corripit Nobilis scelerati hominis factum; ipse vilipendit. Sed confestim eum divina ultionis manus tetigit, pedes enim manusque, in spiras contrahuntur; illi gressui, hæc operi inutiles redduntur: & eò usque, acerrimo dolore convelluntur; donec alias coronas cereas emi, ad locum sacrum deferri, & reponi loco priorum curasset. Postquam hoc factum, membra etiam, cessante dolore, ad pristina officia revertuntur.

Magna hæc alicui videatur in sacrilegum pœna, sed multo erat illius major culpa, quemadmodum & Dei Deiparæque, pœnam ita facile relaxantis, maxima pietas & clementia. Non est eandem affecutus, qui proximè, ab eodem Ciaritio memoratur.

Homo quidam, inquit ille, extremè malus (Pomeranus fuisse dicitur) nobilis cuiusdam è proximo Oeconomus, eum multas frequenter loco sacro contumelias, & verbo, & re in-

re in-

re intulisset; homines eò confluentes turbasset, dispulisset, convitiis affecisset; pecuniam, cereosque votivos inde sustulisset; suo tandem tempore, divina indignationis vim malignus sensit. Nam propinquissimè ad sacra Linda aream contracto cum opilione quodam levi iurgio, dum animi odiaque incrudescunt, miser ab opilione, gl'ande plumbea bombardâ traiectus, occubuit. Vbi ceteri calum sibi conuoliant, inde miserandus ad Orcum raptus est. Hoc uti & proximum recensuit nobilis Christophorus Portugal; sancti attestans, ita ut relatum, gesta fuisse.

Jam quod sequitur, ejusdem viri Nobilis testimonio subnixum ita memorat Ciaritius. Valerius Schaffner Minister verbi in pago Beselacensi (qui proximus loco sacro adiacet) transiens Aream Lindensem tum desertam, corpora eandem oleo fœdavit. Verùm repente, uniuersa membra illius gravissimo dolore corripuntur, dirissime torquentur. Adhuc infelix demens efficitur: & doloribus impar, indè nenter clamabat, ut Area à se indignè conspurcata mundaretur. Quod simul ac factum est, continuo ille & valetudini membrorum, pristina, & usui rationis restitutus, sancti testabatur, se eundem locum singulari veneratione culturum; & quibus posset, ne eundem violent, diligenter suadet. Eum tunc divinitus tortum ob illatam sacro loco contumeliam, inviserat Michaël ab Hoggendorff, Iudex Obens; & reverendissimo Domino Administratori Vindobonensi, octuagenario maior, multis presentibus narravit. Revertens Minister tam insigni miraculo ad fidem Catholicam emollitus fuisse; nisi in perfidia plus iusto obduruisset, celebris interitu brevi sublatu. Vix enim biennio exacto, celebris apud Nobilem, in proximiore pago, convivio, cum domum reveberetur, ultra modum se tendens, hinc indeque

sans, ac spumans, animam prægravatam epulis infeliciter
efflavit.

Cui, obsecro, infelicem hunc Ministellum compa-
res: Antiocho Regi sacrilego, qui ob Templum DEI
Jerolymis pollutum & spoliatum, diro viscerum do-
lore, & amaris internorum tormentis dicitur (a) extin-
ctus? an verò impiissimo omnium hæresiarcharum
Arrio, qui ut Beda (b) scribit, fuis per posteriora visce-
ribus, cunctis finem hæretica docendi; & Hæreticis digna
supplicia subeundi principium miserè invenit? Equidem,
si & flagitia, & supplicia juxta componas, non mo-
dò utrique illi verùm & Judæ Iscarioti propè affi-
nem dixerit: nam & cum Antiocho locum sacrum
sacrosanctissimo sacrilegio polluit; & cum Arrio atque Ju-
da, ubi priùs, id, quod ipsis visceribus spurcius est, ef-
fundisset, etiam animam infelicem, spumans atque in
omnes sese partes versans, incertum qua parte, effu-
dit: ut scilicet agnosceremus (libet enim S. Ambrosium
(c) jam loquentem audire) similem Judæ proditoris, Ar-
rii quoque, fuisse perfidiam, quem similis pœna damnavit: ef-
fusa sunt enim & Arrii viscera; pudet dicere ubi. Atque
ita crepit medius, prostratus in faciem, ea, quibus Chri-
stum negaverat, fæda ora pollutus. Quin & Sedulium,
affine quiddam Poëtica tubâ canentem audiamus:

Arrius infelix! qui curva per avia, rectum
Flectere nisus iter, foveam delapsus in imam
Corruit, & retrorsus perit ima profundi,
Tam vacuus sensu, justa quàm tempore pœna
Visceribus fuis vacuus quoque ventre remansit.

Et

(a) 2. Machab. 9. 5. (b) ad 1. Reg. 5. (c) lib. de fide
cap. 9.

Et quid mirum, spurcissimum Prædicantem penam Judæ & Arrii dignum censerem, cum eandem, iusto DEI judicio, quanquam ob leviora sacrilegia, & Gentilis quidam, ob vasa sacra impurius tractata, & Arrianorum nonnemo, ob sellam (quâ D. Athanasius in Templo docens Alexandria utebatur) convulsam jam olim sint experti? De hoc ipse S. Athanasius (a) Arrianus, inquit, juvenis ausus sellam ligneam Templi Alexandrini convellere, fragmento ligni inde in ventrem relinente, intestina sua perforavit; & eadem vi, quâ solium disrumpere conabatur, ruptâ alvo, intestina effudit; & rursus quæquam ipse Thronum auferret, Thronus ei vitam abstulit. De illo verò, S. Chrysostomus (b) Ausus, inquit, impuris manibus sacra vasa contingere; hoc etiam non contentus, sed contumeliâ ulterius progressus (vasis enim convulsis, & super pavementum collocatis super ea, de sedibus vestigio poenas dedit. Illius enim verendæ, vermiculos generarunt; qui mordicus partibus putribus inherebant; & ipsum illum ita demum, multis diebus absumptum, perierunt.

LIBER

(a) in Epist. ad solit. vitam agentes. (b) lib. contra Gentes.